



## Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

## Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

## Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

*Z*  
**DE ANTIQVISSIMIS**

**MINERVAE**

**S I M V L A C R I S   A T T I C I S**

**SCRIPSIT**

**OTTO IAHN.**

---

**BONNAE**

**A P V D   A D O L P H V M   M A R C V M.**

**M D C C C L X V I .**



Pausanias, dum arcem Athenarum visitat, ubi in eo est ut Erechtheum intret, memorabilem quandam Minervae statuam vidit, de qua haec verba facit (I, 26, 4) "Ἐνδοιος ἦν γένος μὲν Ἀθηναῖος, Δαιδάλου δὲ μαθητής, ὃς καὶ φεύγοντι Δαιδάλῳ διὰ τὸν Κάλω Θάνατον ἐπηκολούθησεν ἐς Κρήτην. τούτου καθήμενόν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἐπίγραμμα ἔχον ὡς Καλλίας μὲν ἀναθείη, ποιήσειε δὲ Ἐνδοιος." quamquam Pausanias nihil addit, unde appareat, quisnam potissimum Callias intellegendus sit; tamen sive Philippi filium Pisistrati aequalem sumis, sive Daduchum, qui bellis Persicis interfuit, certa tenemus tempora. Pausanias igitur cum Endoeum, qui statuam a Callia dedicatam fecit, antiqui illius Daedali discipulum fuisse putaret, non potuit aliter sibi rem informare, nisi ut statuam illam antiquissimo tempore factam nescio quo modo in Calliae possessionem venisse et ab eo dedicatam esse crederet. neque quisquam negabit, fieri potuisse, ut res ita se habuerit. iam vero ex titulo quodam sepulcrali attico, cuius aetatem ex rationibus palaeographicis usque ad tempora inter olympiadem LXX et LXXX sita producere licet, quamquam nihil impedit, quominus eum vel antiquorem habeamus<sup>1</sup>, fuisse Athenis praeter mythicum illum Daedali discipulum alium quendam sculptorem Endoei nomine vocatum constat. ita sane verisimile fit, eum Endoeum, quem cum Calliae anathemate coniunctum reperimus, non fuisse diversum a sculptore, qui per titulum istum innotuit; quod si verum est, Pausaniam errasse redemus, qui

1 titulum valde mutilatum, in Theseo asservatum, ita restituit Rangabeus (ant. hell. n. 22):

[Ὦιδε] φί[λην ἄλοχον Μύρων] ἀνέθηκε θαυμῖσσαν  
Ἄγαμπτιτ]ώ αἰδοίην γῆς ἀπὸ πατρῷης.  
"Ἐνδοιος ἐποίησεν.

qui hunc titulum ediderunt referuntur a Brunnio (gesch. d. griech. künstler I p. 99). Endoei nomen etiam postea inter atticos artifices non inauditum fuisse apparet ex titulo, in quo de Erechtheo extruendo rationes redundunt (Rangabeus ant. hellén. 57, II A 51), ubi certa emendatione restitutum est [Ἐνδοιος]  
[Ιλαν]κον.

error quomodo explicari possit mox videbimus. statua illa Minervae, cum sub divo posita fuerit, nequit ex ligno vel ebore facta fuisse, sed vel marmorea vel ahenea esse debuit.

Iam vere in arce in vicinia eius loci, ubi Pausanias Minervae statuam collocat, pars inferior statuae e pario marmore factae reperta est<sup>2</sup> sedentem figuram humanae fere magnitudinis exhibens. imago satis inficete facta extat in ephemeride archaeologica (1839 n. 253). accuratiorem dedit Lebasius (voy. mon. fig. 3, 1), ex qua expressit Beuleus (sculpt. av. Phid. p. 101), nos tab. I, 4. solio affabre sculpto, cui pulvinus instratus est, insidet figura pedes solea satis crassa fultos scabello imponens, vestimento usque ad talos demisso eoque duplice vestita, cuius rugae ad antiquioris artis rigorem effectae sunt. sinistra manus genu ita imposita est, ut appareat, brachia olim lateribus adnexa sine ullo fere motu corpus secuta esse. non defuerunt, qui hoc signum ad Minervam, fortasse ad Endoei Minervam referendum esse censerent. extant sane sigilla quaedam fictilia, in Attica maxime reperta, quae prorsus similem habitum redundunt<sup>3</sup> et, quia Medusae caput in pectore monstrant, non sine veri specie ad Minervam relata sunt. sed cum constet apud Athenienses gorgoneum apotropaei loco etiam ab aliis in pectore gestatum esse, praesertim ab eis personis, quae aliquo modo cum sacris Minervae coniunctae erant<sup>4</sup>, pro certo haberri nequit talia sigilla ipsam Minervam necessario repraesentare. iam cum superior pars statuae marmorea hodie non extet, quae sola certa deae agnoscendae indicia exhibere posset, res prorsus incerta manet, ut prudenter Schoellius etiam de sacerdote cogitari posse monuerit. quodsi statuas marmoreas consideramus olim iuxta viam sacram positas, qua ad sacrum Branchidarum proficiscebantur, nunc Newtoni opera in museo Britannico collocatas<sup>5</sup>, apparet eas attico simulacro tam similes esse, quam lac lacti, nisi quod milesiae statuae artificium paullo rudioris antiquitatis repraesentare videntur<sup>6</sup>. ex inscriptionibus vero, quae quibusdam harum statuarum sellis additae sunt, constat, non deorum ea simu-

<sup>2</sup> cf. Schoellius archäol. mittheil. p. 24.

<sup>3</sup> exempla exhibita sunt post Stackelbergium (gräber der hellenen p. 43 et tab. LVII, 1) a Gerhardo üb. d. minervenidole Athens tab. I, 3, 5.

<sup>4</sup> ber. d. sächs. ges. d. wiss. 1855 p. 60. Boetticherus philol. XVII p. 410.

<sup>5</sup> postquam L. Rossius accuratius de his statuis rettulit (archäol. zeit. VIII p. 1 sqq. tab. 13. archäol. aufs. II p. 378 tab. III, 1.), iam Newtonus omnia accurate exposuit et luculentis imaginibus illustravit (hist. of discov. p. 527 sqq. tab. 74—76. trav. in the levant II p. 147 sqq.).

<sup>6</sup> inscriptionum statuis additarum aetatem sexagesima olympiade recentiore non esse demonstravit Kirchhoffius (studien z. gesch. d. griech. alphabets p. 132 sqq.).

lacra posita fuisse, sed hominum, qui imagines suas Apollini dedicarint. porro illud quoque manifestum est eadem fere vestiendi ratione tam mares quam feminas uti, ita ut de sexu personarum, ubi superior corporis pars servata non est, certum iudicium ferre vix liceat. habemus *Ιάορας* illos *εἰληχίτωνας*<sup>7</sup>, ad quorum morem etiam Atticos antiquis temporibus, viros non minus quam feminas, vestiri solitos fuisse certo constat<sup>8</sup>. quae si ad fractam illam Athenis repartam statuam referimus, nullam prorsus causam esse appareat, cur de dea aliqua aut de Minerva potissimum cogitemus, sed optimo iure hominis cuiusdam antiquo more vestiti in arce dedicatam imaginem agnoscemus<sup>9</sup>.

Minervae autem sedentis statua quaedam marmorea Athenis visitur haud paulo melius servata, cum praeter caput et brachiorum anteriores partes cum manibus tota figura extet<sup>10</sup>. haec igitur statua deam in sella olim pedibus elegantius elaboratis

7 Hom. Il. N 685. hymn. Apoll. del. 147. accuratius haec depingit Asius apud Athenaeum XII p. 525 f.:

οἵ δ' αἴτως φοίτεσκον, δπως πλοκάμους κτενίσαιτο,  
εἰς Ἡρῆς τέμενος. πεπυκασμένοι είμασι καλοῖς,  
χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος είχον,  
χαῖται δ' ἡωρεῦντ' ἀνέμῳ χρυσέοις ἐνὶ δεσμοῖς,  
χρύσεοι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὡς.  
δαιδάλεοι δὲ χλιδῶνες αρ . . .  
ἀμφὶ βαχίοισιν τῆσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

8 probat hoc praeter alia festiva de Theseo narratio apud Pausaniam (I, 19, 1): ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ιερὸν Ἀπέλλωνος ἐπίκλησιν θελφινίου. λέγοντι δὲ ὡς ἔξειργασμένον τοῦ ναοῦ πλὴν τῆς ὁροφῆς ἀγνώστη τοῖς πᾶσιν ἀφίκουσι Θῆσεὺς ἐς τὴν πόλιν. οἷα δὲ χιτῶνα ἔχοντος αὐτοῦ ποδήρη καὶ πεπλεγμένης ἐς εὐπρεπέσις οἱ τῆς κόμης, ὡς ἐγένετο κατὰ τὸν τοῦ θελφινίου ναόν, οἱ τὸν στέγην οἰκοδομοῦντες ἤροντο σὺν χιλεασίῃ ἵ τι δὴ παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη. Θῆσεὺς δὲ ἄλλο μὲν αὐτοῖς ἐδήλωσεν οὐδέν, ἀπολύσας δέ, ὡς λέγεται, τῆς ἀμάξης τοὺς βοῦς ἢ σφισι παρέν, ἐς τὸν ὁροφῶν ἀνέρρειψεν ὑψηλότερον ἢ τῷ ναῷ τὴν στέγην ἐποιῆστο. ita apud Callimachum Theseus στάδιον ἐπίεστο χιτῶνα (Naekii opp. II p. 85). cf. Thuc. I, 6, ib. interp.

9 nescio, quantum auctoritatis tribuendum sit anaglypho, quod in Myrinusiorum pago repperit Lebasius, qui haec refert (rev. arch. I p. 48): *un basrelief mutilé représentant une Minerve assise dans le style le plus ancien et semblable à beaucoup d'égards au fragment de statue retrouvé à l'est du temple d'erechthée sur l'acropole d'Athènes, à diverses statues ou statuettes du Parthénon et à celle dont on voit encore la partie inférieure dans la grotte de Pan sur l'Hymette.*

10 ex delineatione quadam a G. Gellio olim facta publici iuris fecit hanc statuam Gerhardus (üb. d. minervenidole Athens tab. I, 4), deinde paulo accuratius reddidit Schoellius (archäol. mittheilungen tab. I p. 23 sq.), unde repetit Overbeckius (gesch. d. plastik I p. 97), meliorem etiam figuram dedit Lebasius (voy. mon. fig. 2, 1), quam expressit Beuleus (sculpt. av. Phid. p. 100), omnium optime delineatam, ita quidem ut a tribus partibus consciendam repraesentaret dedit G. Scharfius (mus. of class. ant. I p. 190 sqq.),

innixa et in parte superiore aereis quibusdam ornamentis splendida tranquille assidentem monstrat. vestita est chitone usque ad pedes demisso et brachiorum partem obtegente, qui ab artifice ita expressus est indicatis accuratissime tenuissimis rugis, ut appareat chitonem illum linteum, quo utebantur veteres Athenienses, ab eo redditum esse. superinecta est aegis, quae pallioli instar collum et humeros atque pectus tegit. marginem aegidis anguibus aheneis ornatam fuisse foraminibus etiam nunc indicatur, quibus olim inserti fuerunt. in media aegide clupeus altius globatus observatur, cui quin Gorgonis caput aereum insertum fuerit, cum in summo margine foramen supersit, non potest dubitari. tota autem aegis ita a sculptore tractata est, ut picturae opera squamae olim indicatae fuisse videantur. supra pectus defluunt crines longis cincinnis antependuli, similiterque in tergi partem superiore recidunt. brachiorum cubitu sellae innixorum anteriores partes aliquantis per prolatae fuerunt, ita ut symbolum aliquod com mode protendere possent, apparentque in pulvino prope sinistrum femur foramen, quod olim firmandae alicui rei, ut hastae vel sceptro, inservierit necesse est. corpus paullo robustius formatum est, qualem statum haud pauca antiquioris artis opera reddere solent, longe diver sum a macilenta tenuitate, quam alii vetustiores artifices praeferebant; ubera praesertim, ut quae feminineum sexum apertissime indicent, crassiora prostant, quam pro viragine, qualem senior ars Minervam repraesentare solebat. antiquitatem paullo rudiorem totus statuae habitus commonstrat et quicumque ipsum monumentum oculis lustrarunt in ea re consentiunt, non posse de affectata antiquioris artis imitatione cogitari, sed genuinum nondum adultae artis specimen extare. in quo hoc praesertim memorabile videtur, quod cum in universum rigidam speciem statua servet, tamen in singulis quibusdam artificem motum indicare studiose conantem detegimus. itaque ut commodius sedentem nobis repraesentaret deam, superiore corporis parte paullo reclini sellae quasi se insinuantem finxit. vel apertius hoc studium appetit in dextro crure, quod non ut fieri solet in vetustis illis simulacris cum sinistro quasi colligatum est, sed variato motu aliquantulum reductum ita quidem, ut pes calce paullo sublata digitis sustineatur. quod quo clarius indicaret non solum pedem, qui nudus est, sed etiam cruris inferiorem partem accurate ad vivum exprimere studuit, quasi nullo tecta esset vestimento. habemus hic aperta vestigia artis, quae quamquam nondum ausa est formas longo usu traditas relinquere, tamen in singulis quibusdam naturam potius quam regulas sequi

quam sequitur tabula I, 2, 3. cf. Newtonus (transact. of the roy. soc. of lit. n. s. V p. 15). mihi nova quaedam Ad. Michaelis, testis oculatus, suppeditavit.

conatur. neque mirabimur, si in his potissimum non eum modum tenuisse videtur artifex, quo pulchritudo continetur, sed id quod verum ei videbatur fortius quam par erat expressit<sup>11</sup>: hoc ipsum documento est tenere nos hic artificis cuiusdam opus, qui iam ipse aliquid temptare ausus est, neque vero exemplum unum aliquod e multis qualia ex antiquioribus imitando exprimebantur.

Fieri non potuit, quin tam insigne artis specimen virorum doctorum animos ita in se converteret, ut certum quendam locum inter attica monumenta ei assignare conarentur. itaque fuerunt, qui ad Minervam Poliadem referrent huiusque antiquissimum signum illo expressum esse putarent. quod cur fieri nequeat postea certis, ut mihi quidem videtur, argumentis demonstrabitur. alii de Endoeo cogitantes aut ipsam illam statuam a Pausania commemoratam ex parte nobis servatam esse existimarunt, aut exemplum quoddam et ipsum antiqua opera ad illam exsculptum aspicere sibi vis sunt<sup>12</sup>. quae sententia ea re infirmari videtur, quod statua nostra non prope ipsum Erechtheum sed in ima arce reperta esse dicitur. verum ipse Pittakis, cuius auctoritate, quae quidem satis dubia est, hoc nititur, prudenter addidit, videri eam ab ipsa arce ut permulta alia deiectam esse<sup>13</sup>. quodsi aliquo arguento probabile reddi possit, statuam nostram re vera olim in arce positam fuisse, tum sane veri simillimum iudicabimus ad Endoei opus eam esse referendam. tale vero argumentum, quamquam non prorsus certum ad veritatis tamen speciem accedens, repperisse mihi video.

Extat in hydria quadam in Etruria effossa pictura nigras figuras rubrae vasculi superficie illitas ostendens<sup>14</sup>, in qua porticus doricis columnis innixae partem quan-

11 si quis exemplo doceri cupiat, quid distet inter artem quae pulchritudinem affectat et eam quae pulchritudinem adepta est, conferat anaglyphum atticum a Lebasio editum (voy. mon. fig. 35, 1), quo Minerva rupi insidens representatur, prorsus simili statu atque nostra, sed artificio in libertatem venustatemque vindicato efficta. cf. Michaelis (mem. d. inst. II p. 200 sq.).

12 Schoellius (archäol. mittheil. p. 41), R. Rochettus (lettre à M. Schorn p. 293. quest. de l'hist. de l'art. p. 112 sqq.), qui quod titulum quendam mutilatum ad tuendam hanc sententiam pertinere opinatus est, parum curavit, ea omnia quae inscriptioni auctoritatem ad hanc rem probandam reddere possent, ab ipso pro lubidine efficta esse, Beuleus (sculpt. av. Phid. p. 87).

13 Pittakis (l'ancienne Athènes p. 270 sq.): *vers le nord de la forteresse on voyait une statue de Minerve assise, ouvrage d'un sculpteur nommé Endoeus Athénien et élève de Dédaïle. Une inscription disait qu'elle avait été offerte par Callias. Une statue semblable existe encore en entrant dans la forteresse, elle a été trouvée en 1820 dans l'enceinte d'Agraulé, peut-être est-ce celle dont parle Pausanias, et tomba-t-elle de la forteresse dans l'enceinte où elle a été trouvée. Gerhardus (prod. p. 127, 23): wir kennen aus einer skizze Sir W. Gells einen marmorsturz, der noch vor wenigen jahren einer mauer der Akropolis zur füllung diente.*

dam indicatam videmus, pone quam ara posita est, magna effulgente flamma. post aram bovis magni basi ut videtur cuidam impositi pars anterior appareat. ante aram femina longa tunica, cui pallium superiniectum est, vestita, caput taenia redimitum ostendens, dextra manu longum quendam ramum tenet, alteram super aram extendit facie retroversa, ut deae aspectu fruatur. ab hac enim parte videmus in sella plicatili, qualem exhibere solent picturae vasculariae huius generis, feminam adsidentem pedibusque scabello innixam, quae et ipsa longa tunica superinecto pallio vestita est et caput taenia cinctum habet. quaenam sit nemini dubium esse potest, nam dextra quidem pateram protendit, sinistra vero elata galeam tenet, humero eius sinistro applicata est longa cuspis, ante pedes ingens serpens conspiciturappa. ret igitur Minervae sedentis signum hic repraesentatum esse et sacerdotem in eo esse, ut sacrificium faciat. iam si quis pictam dei imaginem cum statua de qua modo egimus comparare velit, statim videbit utramque prorsus eundem habitum prae se ferre: quid, quod vel pedis dextri ea collocatio, de qua ante monuimus, pictura significata est, quantum quidem pictores vasculorum, opifices potius quam artifices, tales argutias atque elegantias imitando non tam reddere quam indicare solent. habemus igitur exemplum, ut puto, ad cuius normam statua illa satis apte redintegrari possit, ut dextrae patera, sinistrae galea reddatur, humero sinistro hasta acclinetur. quod si ita est, iure nostro putabimus in pictura vascularia celebratum aliquod arcis Athenarum signum ita repraesentari ut etiam loci indicia addita sint, et porticus quidem non alio referenda esse videtur nisi ad Erechtheum. cui sententiae non puto obstare, quod haec aedes ionico ordine extuncta est, cum porticus picta doricam columnam ostendat. nam in vasculis pingendis non id egressi pictores, ut singula accurate ad verum redderent, sed ad traditam quandam consuetudinem pleraque rettulisse neminem fugit, qui hoc monumentorum genus paullo accuratius tractaverit. quaeritur iam, quo modo taurus ille explicandus sit, quem non ad sacrificium pertinere omnia suadent. ubi enim sacrificia repraesentantur, animalia quae mactanda sunt plerumque ad aram adducuntur vel in eo sunt, ut iugulentur, sive sacerdotes vel ministri, sive daemones quidam hoc officio funguntur. neque alia fere ratione id quod agitur clare et distincte exprimi potest. in nostra vero pictura taurum videmus tranquille adstantem nemine praesente, qui vel adducat vel teneat vel occisurus sit, neque infuluae neque coronae additae sunt, quibus indicetur bovem ad sacrificium paratum esse. accedit, quod taurus iste non eidem solo insistere videtur, in quo ara

14 edita est hydria a Gerhardo (auserl. vasenb. tab. 242, 1, 2) unde desumpta est imago tab. I, 1. pauca eorum, quae hic disputavi, iam apud Gerhardum delibavi l. l. IV p. 124 sq.

posita est, sed propriam quandam quasi basin occupare. itaque mihi quidem veri simillimum est repraesentari hic taurum quendam arte factum et anathematis loco positum. similiter boves basi superimpositos aut eam circumstantes picturae vasculorum<sup>15</sup> atque Selinuntiorum numismata<sup>16</sup> ostendunt, permultisque constat exemplis taurorum signa ex aere facta dis dedicata et publice posita fuisse<sup>17</sup>. huc vero pertinet quod in ipsa arce Athenarum ab Areopago taurum aheneum mirae magnitudinis dedicatum esse constat, qui tamquam miraculum prae ceteris conspicuum in ore vulgi ferebatur et apud poetas comicos haud semel in iocum versus est<sup>18</sup>. hic taurus sane non in vicinia Erechthei, ubi Endoei statua sita erat, sed ab altera arcis parte prope Parthenonem locum habebat. sed profecto pictori, qui duo maxime insignia arcis monumenta una tabula exhibere sibi proposuit, quo distinctius locum notissimum indicaret neglecta spatii ratione ea coniungere licuit, quae in ipsa arce disiuncta fuerunt. quae eo maiorem vim habent, si quis Atticam vasculorum pictorum originem consideraverit.

Hac disputatione si probabile redditum est, tam antiqua illa statua, quam pictura celebratum aliquod atticum Minervae signum exhiberi, non deerunt qui hac ipsa re eam sententiam confirmari putent, venerandum Minervae Poliadis signum potissimum agnoscendum esse, quod sedentis habitu fictum fuisse sibi persuaserunt<sup>19</sup>. cuius persuasionis haud infirmum argumentum videri possit, quod Erythris Minervae Poliadis signum permagnum ipsius Endoei opera ex ligno sculptum extabat, quod deam sedentem utraque manu colum tenentem et caput polo ornatam ostendebat<sup>20</sup>. verum Poliadis at-

15 amphora musei berolinensis n. 1716 a Gerhardo edita est (auserl. vasenb. tab. 242, 3, 4), monacensis n. 1335 a Micalio (storia tab. 98, 3).

16 mus. Hunt. 46, 24. Müller denkm. d. alt. kunst. I, 42, 194.

17 de his dixit E. Curtius archäol. zeit. XVIII p. 37 sqq.

18 Paus. I, 24, 2: ἔστι δὲ καὶ ταῦρος ἀνάθημα τῆς βουλῆς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἐφ' ὅτῳ δὴ ἀνέθηκεν ἡ βούλη, πολλὰ δ' ὃν τις ἐθέλων εἰπάζοι. Hesych. βοῦς ἐν πόλει· χαλκοῦς ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀντεθείσ. Diogenian. III, 67 βοῦς ἐν πόλει· ἐπὶ τῶν παραδόξων καὶ θαυμαζομένων, Λυσίας γὰρ ἀνέθηκε βοῦν <Λυσανίας δὲ εἶπε βοῦς eod. Coisl. Λυσανίας δὲ ἐποίει βοῦν Meinekius exercec. philol. I p. 29 sq. Πανοσανίας δὲ εἶπε· βοῦς Bergkius ztschr. f. alt. wiss. 1845 p. 981> ἐν ἀχροπόλει. Heniochus apud Athen. IX p. 396 D.

οὐ βοῦς οὐ χαλκοῦς ἦν ἀνέθηκες δεκάπαλαι,

δὲ δ' ἵσως γαλαθηρὸν τέθυκε τὸν χοῖρον λαβών.

19 inter auctores huius sententiae nomino Od. Muellerum, qui cum antea aliter de signo Poliadis sensisset teste Scharfio (mus. of class. ant. I. p. 191, 248) nostram statuam ad Poliadem rettulit. sedentem repraesentatam fuisse Poliadem persuaserunt sibi Gerhardus prodr. p. 120, üb. d. minervenidole p. 4 sqq. Boetticherus tektonik II lib. IV p. 78. Pauckerus d. att. pallad. p. 3.

20 Paus. VII, 5, 9: ἔστι δὲ ἐν Ἐρυθραις καὶ Ἀθηνᾶς Πολιάδος ναὸς καὶ ἄγαλμα εἴλον μεγέθει μέγα

ticum signum quominus sedentis habitu factum fuisse putemus, diserto Athenagorae testimonio prohibemur. is enim ut demonstret novicium esse deorum imagines facere, antiquissimorum signorum exempla composuit, quorum tamen artifices notos eosque temporis non ita remoti esse monet, quem catalogum hisce incipit verbis (leg. 14) τὸ μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς, μᾶλλον δὲ Ἀθηλᾶς<sup>21</sup> — Ἀθηλά γὰρ ὡς οἱ μυστικώτεροι — τοῦτο γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἐλαίας, τὸ παλαιὸν καὶ τὴν καθημένην Ἔνδοιος εἰργάσατο μαθήτης Δαιδάλου. qui locus quamquam corruptus est neque adhuc prorsus restitutus<sup>22</sup>, hoc tamen extra dubium ponit, antiquum oleagineum Minervae signum, quod Poliadis esse certum est<sup>23</sup>, et sedentem Minervam, quae quin illa a Callia dedicata sit nemo dubitabit, inter sese discernenda esse<sup>24</sup>. illud quoque hoc testimonio constat praeter Calliae Minervam etiam Poliadis antiquissimum signum ab Endoeo factum a quibusdam traditum fuisse. cui testimonio adhibenda sunt, quae de signo ephesiae Dianae tradit Plinius (XVI, 213) *de simulacro ipso deae ambigitur; ceteri ex hebeno esse tradunt, Mucianus ter consul, ex his qui proxume viso eo scripsere, vitigineum et numquam mutatum septiens restituto templo; hanc materium elegisse Endoeon<sup>25</sup>*, etiam nomen

καθήμενόν τε ἐπὶ θρόνου. καὶ γλαυκάτην ἐν ἐνατέρᾳ τῶν χειρῶν ἔχει καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πόλον. τοῦτο Ἔνδοιον τέχνην καὶ ἄλλοις ἐτεκμιαρόμεθα είναι, καὶ ἐς τὴν ἐργασίαν ὁρῶντες τοῦ ἑνδον ἀγάλματος, καὶ οὐχ ἤνιστα ἐπὶ ταῖς Χάρισι τε καὶ Ὡραις, αἱ πρὸν ἐσελθεῖν ἐστίχασιν ἐν ἐπαίθρῳ, λίθον λευκοῦ, ubi Schubarti indubia emendatione iam omnes quae antea movebantur dubitationes sublatae sunt.

21 de hac mystica doctrina idem tradit Athenagoras (leg. 20) : τὸν μὲν Ἡρακλέα ὅτι θεὸς δράκων ἐλικτές, τὸν δὲ Ἐκατόγχειρας οἱ θεολογοῦντες εἶπον. καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Ιών, ἣ ἐκ τῆς Ρέας ἡ Ιάμητρος αὔτης ἐπαιδοποιήσατο, δύο μὲν κατὰ φύσιν εἰπον ἔχειν ὀφθαλμούς καὶ ἐπὶ τῷ μετώπῳ δύο, καὶ προτομὴν κατὰ τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχύλου, ἔχειν δὲ καὶ κέρατα. διὸ καὶ τὴν Ρέαν φοβηθεῖσαν τὸ τέρας φυγεῖν, οὐχ ἐφείσαν αὐτῇ τὴν θηλήν. ἐνθεν μυστικῶς μὲν Ἀθηλᾶ, κοινῶς δὲ Φερεσέρόν καὶ Κόρη κέληται, οὐχ ἡ αὐτῇ οὖσα τῇ Ἀθηνᾶ τῇ ἀπὸ τῆς κόρσης γενομένῃ. Lobeckius (Aglaph. p. 548) cum hoc testimonio composuit schol. Hes. opp. 76 Ἀθηνᾶ δὲ ἡ φρόνησις, παρὰ τὸ τὰ πάντα ἀνθεῖν καὶ βλέπειν καὶ περὶ πάντων νοεῖν. ἡ ἀθηλά τις οὖσα, ἡ μὴ θηλάζουσα καὶ νηπιόφρων, ἀλλὰ γενναιοτάτη καὶ ἐνδρανής· καὶ τροπὴ τοῦ λάμβδα εἰς ν δισφικᾶς Ἀθηνᾶ. Eust. ad. Hom. Il A. p. 83, 26: Ἀθηνῆ δὲ μνθικᾶς μὲν Ιώς θηγάτηρ, οἵοιει ἀθήλη τις οὖσα ᾧ μὴ θηλάσσασα.

22 τοῦτο γὰρ scripsi pro οὗτο γὰρ. ceterum appetet εἶδος, βρέτας vel simile quid excidisse.

23 schol. Demosth. c. Androt. 13: τρία γὰρ ἀγάλματα ἥν ἐν τῇ ἀκροπόλει τῆς Ἀθηνᾶς ἐν διαφόροις τόποις, ἐν μὲν ἐξ ἀρχῆς γενόμενον ἐξ ἐλαίας, ὅπερ ἐκαλεῖτο πολιάδος Ἀθηνᾶς, διὰ τὸ αὐτῆς είναι τὴν πόλιν. δεύτερον δὲ τὸ ἀπὸ χαλκοῦ μόνον, ὅπερ ἐποίησαν πικήσαντες οἱ ἐν Μαραθῶνι· ἐκαλεῖτο δὲ τοῦτο προμάχου Ἀθηνᾶς. τρίτον ἐποίησαν τὸ ἔλεφαντος, ᾧ πλονισιώτεροι γενόμενοι ἀπὸ τῆς ἐν Σαλαμῖνι νίκης, ὅσῳ καὶ μεῖζων ἡ νίκη· καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο παρθένου Ἀθηνᾶς. cf. Boetticherus baum-cultus p. 109.

24 de hac re monuit etiam Bursianus (griech. kunst, allgem. encycl. I, 82 p. 404 n. 61).

25 Endoeon egregie restituit Silligius, Endyon Brot. γ. (etiam apud Athenagoram Ἔνδοιος scriptum est) eandem con T a d eandem come Θ ν.

*artificis nuncupans; quod equidem miror, cum antiquorem Minerva quoque, non modo Libero patre vetustatem ei attribuat.* appareat Plinium mirari Mucianum certi cuiusdam et noti artificis nomen edidisse eius signi, quod ipsius testimonio antiquius fuerit, quam alia tanquam remotissimae antiquitatis monumenta omnibus pervulgata simulacra; talia nominat Minervae et Liberi patris<sup>26</sup>. quaenam potissimum in mente habuerit docet Philostratus, qui ubi narrat apud Indos vel antiquissima Graecorum simulacra reperiri haec recenset (vit. Apoll. III, 14): τὰ δέ γε ἀρχαιότατα τῶν παρ' Ἑλλησι τό τε τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου<sup>27</sup> καὶ τὸ τοῦ Διονύσου τοῦ Λιμναίου καὶ τὸ τοῦ Ἀμυκλαίου καὶ ὅποσα δ' ἀρχαῖα. patet enim ut opinor isdem exemplis uti Plinium atque Philostratum, eis ipsis, quae apud eruditos nota ferebantur, et in simulacris exempli causa ponendis attica, ut par erat, primarium obtinuisse locum: significavit igitur Plinius Minervae Poliadis et Bacchi Eleutherensis signa. quae omnia ex vulgari antiquorum opinione tam venerandae antiquitatis habebantur, ut origo eorum non ad certos certorum temporum artifices sed ad mythica tempora referrentur<sup>28</sup>. ut in signo Minervae Poliadis me contineam, Pausanias de caelo delapsum tradit<sup>29</sup>, alii Aboriginal opera

26 prorsus improbanda mihi videtur ratio, qua Urlichsius (rhein. mus. n. f. X p. 13 sq.) Plinii verba explicanda censem.

27 Apollinis delii signum idem esse, quod altera manu Gratias altera arcum tenens Angelion et Tectaeus deli posuisse traduntur, cuius formam ex nummis et gemmis cognitam habemus, dubio exemptum est. cfr. R. Rochettus (lettre à M. Schorn p. 198), Brunnus (gesch. d. gr. künstler I p. 50 sqq.). fuerunt, qui in eo offendarent, quod atticis signis delium interpositum viderent. At Wieselerus (der Apollon Stroganoff p. 78 sq.) Athenis Apollinis delii, cuius sacerdotem memorat inscriptio sellae in theatro Athenarum effossae (ἔργμ. ἀρχ. 1862 p. 98, 91, n. schweiz. mus. III p. 37, 30 cf. Plato Phaed. p. 58 C), simulacrum fuisse docuit (Bekk. aneed. p. 299 Πύθιος καὶ Ἰηλίος Ἀπόλλων· ἄγαλμάτων ὄνόματα Ἀθήνησι τιμωμένων. cf. Athen. X p. 424 f.), idque in nummis aereis (Beuleus monn. d'Athènes p. 364, Wieselerus denkm. d. alt. kunst II, 11, 126) prorsus eodem modo representatum esse, quo artificum modo commemoratorum statuam deliam exsculptam esse sciamus. extabat igitur Athenis statuae deliacae ἀφίδρυμα, sicut Tanagras, ubi celebratum delii Apollinis templum fuit, numismata idem simulacrum, alterum deliaci ἀφίδρυμα, monstrare R. Rochettus monuit. Philostratus igitur atticum Apollinis delii simulacrum in mente habuisse censendus est.

28 de Diana ephesia de caelo delapsa (actt. apost. 19, 25) aut ab Amazonibus consecrata cf. Guhlii Ephesiaca p. 78 sqq., de Baccho Eleutherensi dixi in prooemio indicis lectionum huius anni p. IV sqq. Apollinis delii simulacrum, quod vulgo ab Angelione et Tectaeo factum tradebatur, a Plutarcho (de mus. 14 p. 1136 a) dicitur οὕτω παλαιόν, ὥστε τοὺς ἐργασμένους αὐτὸ τῶν καθ' Ἡρακλέα Μερόπων φασὶν εἶναι.

29 Paus. I, 26, 6 τὸ δὲ ἀγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομισθὲν ἔτεσιν ἡ συνῆλθον ἀπὸ τῶν δήμων, ἐστὶν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀρχοπόλει, τότε δὲ ὄνομαζομένη πόλει. φήμη δὲ ἐξ αὐτὸ ἔχει πεσεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἐπέξειμ, εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει. quae postrema propter Endoeum Pausanias addidisse videtur. schol. Arist. III p. 320 D. τρία ἵσταν ἄγαλματα ἐν ἀρχοπόλει τῆς

conditum<sup>30</sup>, alii ab Erichthonio<sup>31</sup> vel a Cecrope<sup>32</sup> positum referunt. quae quid aliud significant, nisi ab antiquissimis urbis temporibus, quae nulla certa hominum memoria cognita sint, deae venerandum simulacrum in urbe quam protegebat sacratum fuisse? iam vero de Pausaniae erroris, quem antea statuimus, origine paullo certius opinari licebit. scilicet notum fuit ei, ut Plinio et Philostrato, Endoeo etiam talia signa ascribi ab artificum historiae conditoribus, quae vulgaris opinio mythico tempori tribuebat i. e. ei ipsi tempori, quo floruisse censebatur Daedalus, cuius discipulum ferebant Endoeum. quamquam hoc sane non aliter interpretandum erit, nisi ut Endoeum ἔνα τῶν ἀπὸ Δαιδάλου fuisse putemus, ex schola illa sculptorum attica, qui Daedalum eponymum habuerunt. oriundum eaque institutum.

Iam de Poliadis signi vera forma restituenda paullo accuratius disputandum est, de qua Wieselerus bene meritus est, qui compositis poetarum atticorum de ea locis haec fere constituit<sup>33</sup>. quae apud Aeschylum (Eum. 79 sq.) Apollo Oresti dicit

μολὼν δὲ Παλλαδὸς ποτὶ πτόλιν  
ἴζον παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας

atque his congrua, quibus supplex Orestes a Furiis describitur (258)

περὶ βρέτει πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου

suadent, ut non sedentem nobis informememus deam sed stantem, qualia in picturis vasculariis haud raro supplices palladia vel similia ξόανα amplexantes videmus. tum vero de habitu deae paullo accuratius edocemur loco Aristophanis (avv. 826 sqq.)

ΕΤ. λιπαρὸν τὸ χρῆμα τῆς πόλεως. τίς δὰι Θεός  
πολιοῦχος ἔσται; τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον;  
ΠΕ. τὶ δ' οὐκ Ἀθηναῖαν ἐώμεν πολιάδα;

<sup>30</sup> *Athenas*. Ἐν μὲν τὸ ἀρχαῖον καὶ διπετέσ, ἔτερον τὸ χαλκοῦν, δὲ ἔθεσαν μετὰ τὸ περσικόν, τρίτον τὸ Φειδίου, τὸ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμένον.

30 Plut. de Daed. 10 p. 762 W. ἡ δὲ τῶν ξόανων ποίησις ἀρχαῖον ἔστιν εἶναι τι καὶ παλαιόν, εἴγε ξύλινον μὲν ἦν τὸ πρῶτον εἰς Αἴγιλον ὑπὸ Ἐρυσίχθονος Ἀπόλλωνι τὸν θεωριῶν ἄγαλμα· ξύλινον δὲ τὸ τῆς Πολιάδος ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων ἴδρυθέν, δὲ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι διαφυλάττουσιν.

31 Apollod. III, 14, 6, 6 ἐν δὲ τῷ τεμένει τραφεὶς Ἐριχθόνιος ἐπ' αὐτῇς Ἀθηνᾶς — τὸ ἐν ἀκροπόλει ξένον τῆς Ἀθηνᾶς ἴδρυσατο.

32 Euseb. praep. evang. X, 9 πρῶτος Ἀθηναίων βασιλεύει Κέκροψ ὁ βοώμενος παρ' αὐτοῖς αὐτόχθων. — πρῶτος δὲ Κέκροψ λέγεται — Ἀθηνᾶς ἀγάλμα συστίσασθαι. cf. Paus. I, 27, 1 κείται δὲ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος Ἐρμῆς ξύλον, Κέκροπος εἶναι λεγόμενον ἀνάθημα, ὑπὸ κλάδων μιρσίνης οὐ σύνοπτον. num huc referenda est Hesychii glossa ἐριφίλλιον · τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὸν Ἐρμῆν?

33 Wieselerus coniect. in Aeschyl. Eumenides p. LXII sq. advers. p. 103.

ΕΤ. καὶ πῶς ἀν ἔτι γένοιτ' ἀν εὔτακτος πόλις,  
ὅπου θεός, γυνὴ γεγονūια, πανοπλίας  
ἔστηκ' ἔχουσα, Κλεισθένης δὲ κερκίδα;

armis igitur Poliadis signum instructum erat. et aegidem quidem, quamquam de ea vel sine testimonio coniecturam facere liceret, more quodam testatam habemus, ex quo sacerdos Minervae sacram aegidem induita novas nuptas visitavit. sacra vero aegis nulla esse potuit nisi vel ex ipsius deae simulacro desumpta vel ad eius exemplum facta, ut in aliis quoque sacris sacerdotes deorum vestimentis usos esse scimus<sup>34</sup>. porro scutum gessisse deam ex verbis quibus apud Euripidem Castores Orestem adloquuntur perspicue appetit (El. 1254)

εἰλθὼν δ' Ἀθήνας Παλλάδος σεμνὸν βρέτας  
πρόςπτυξον εἰρῆει γάρ νιν ἐπτοημένας  
δεινοῖς δράκουσιν, ὥστε μὴ ψαύειν σέθεν,  
γοργῷφ' ὑπερτείνουσά σου κάρα κύκλον.

quod verbis poetæ satis clare indicatur scutum Medusæ capite ornatum fuisse, narratiuncula quadam plutarchea firmatur, qua cum Athenienses ingruentibus Persis urbem relicturi etiam Poliadis signum secum auferrent, Gorgoneum simulacri periisse referunt<sup>35</sup>. in celeberrimis igitur Euripidis versibus, quos ex Erechtheo Lycurgus servavit (c. Leocr. 100. fr. 362, 46 sq. N.)

οὐδ' ἀντ' εἰλάας χρυσέας τε γοργόνος  
τριάνταν δρῦν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις  
Εῦμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεώς  
στεφάνοισι, Παλλὰς δ' οὐδαμοῦ τιμήσεται

Minervæ Poliadis propria et sacratissima signa, olea atque gorgoneum, coniuncta et Neptuni tridenti, cuius vestigia et ipsa in Erechtheo conspiciebantur, opposita sunt.

Quae ita ex scriptorum testimoniis lucratî sumus iam ad artis monumenta adhibere

34 Suidas, quem sequitur Zonaras, αἰγίς. — ή δὲ ίέρεια Ἀθήνησι τὴν ίερὰν αἰγίδα φέρουσα πρὸς τὰς νεογάμους εἰσήρχετο (cf. Bergkius d. geburt d. Athene, n. jahrb. f. phil. LXXXI p. 311). similem usum sacrae aegidis in alia quadam caerimonia testantur quae ad Plutarchi proverbia II, 21 ex codicibus adscripta sunt αἰγίς περὶ πόλιν· αἰγίς λέγεται τὸ ἐκ τῶν στεμμάτων δίκτυον· ή γοῦν ίέρεια τὴν ίερὰν αἰγίδα Ἀθήνησι φέρουσα ἀγείρει ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἀρξαμένη πρὸς ίερά.

35 Plut. Them. 10 καταβανόντων γὰρ εἰς Πειραιᾶ τῶν Ἀθηναίων φροσὶν ἀπολέσθαι τὸ γοργόνειον ἀπὸ τῆς θεοῦ τοῦ ἀγάλματος. cf. Eust. ad Od. λ, 634 p. 1704 τὸ γοργόνειον εἴδωλον τι ταῦτὸ Ιοργόνος ἀνακείμενον Ἀθηνᾶς Πολιάδι, οὐ χρῆσις ἐν τῷ τῆς θεοῦ τὸ γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος, de quo proverbio dixi (ber. d. sächs. ges. d. wiss. 1858 p. 107 sqq.).

licebit. quodsi nos quoque quaerimus τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον; respondebit quasi ipsa specie celeberrima illa dresdensis Minervae statua e marmore facta<sup>36</sup>, quae. etsi capite et brachiis truncata est, tamen quale nobis deae signum referat, satis certo perspicere licet. videmus enim quamvis novicia arte imitando expressum simulacrum ex antiquissimorum e ligno sculptorum xoanorum numero, vestimentis ut antiquus mos fuit summa cum cura compositis atque ornatis indutum<sup>37</sup>. dea, cuius corpus macilenta quadam tenuitate conspicuum est, paullum promoto sinistro pede, ceterum immota rigidaque adstat. pectus aegide ornatum est, similem in modum atque in Endoei statua factum vidimus, cui neque angues desunt neque gorgoneum. cincinnorum longorum, qui in humeros defluebant, reliquiae in aegide apparent. chitoni usque ad pedes demisso superiniectus est peplus, in anteriore parte anaglyphis, quibus deorum contra gigantas pugnae repraesentantur, ornatus. haec ipsa ornamenta certissimo argumento sunt simulacrum Minervae Poliadis nos tenere, cui in parvorum Panathenaeorum pompa<sup>38</sup> peplus eiusdem argumenti picturis intextus ferebatur, quo simulacrum deae indueretur, ut certis indiciis constat<sup>39</sup>. quae in hac statua deleverat aetas summus artifex Rauchius restituit, qui quamquam artis rigorem non satis assecutus est, tamen quin re ipsa ad veritatem accesserit non licet dubitare. scutum gessisse

36 Hettnerus bildw. in Dresden. 143. August. tab. 9, 10, 155. Muellerus (denkm. a. kunst I, 10, 36). Overbeckius (gesch. d. plast. I p. 151). cf. Wordsworthius (Athens and Attica p. 106).

37 recte hoc contra quorundam dubitationes Wiesclerus (denkm. d. a. kunst I. p. 6 sq.) et Pylius (arch. zeitg. XV p. 61 sq.) obtinuerunt. cf. Schulzium (verb. d. philol. vers. in Dresden p. 88 sq.).

38 schol. Arist. (tom. III p. 323), qui Aristotele teste utitur, τῶν Παναθηναίων] τῶν μικρῶν λέγει· ταῦτα γὰρ εἰς Ἐρυθροῖς τοῦ Ἀμφικτύονος γενόμενα ἐπὶ τῷ φόνῳ Ἀστερίον τοῦ γίγαντος· τὰ δὲ μεγάλα Πεισίστρατος ἐποίησε.

39 de peplo parvis Panthenacis deae oblato testatur schol. Plat. de rep. I p. 327 a: ἐνοτίην ἐνταῖς τὴν τῶν μικρῶν Παναθηναίων φησίν. ήν γὰρ καὶ μεγάλα· — ἐν οἷς πέπλος τις ἀνίγετο τῇ Ἀθηνᾷ, καθ' ὃν ἐδείκνυτο ἡ κατὰ τῶν Ιγάντων ταύτης τε καὶ τῶν Όλυμπιών νίκη θεῶν. τὰ δὲ μικρὰ Παναθηναία κατὰ τὸν Πεισίστρατον ἐτέλουν, ἐν οἷς καὶ πέπλος ἄλλος ἀνείτο τῇ θεῷ, καθ' ὃν ἡνὶ ιδεῖν τοὺς Ἀθηναῖον, τροφίμους ὄντας αὐτῆς, τικῶντας τὸν πρὸς Ἀτλαντίνους πόλεμον. quae postrema non recte intellectis Procli verbis tradidit (in Plat. Tim. p. 26 f.): ἄλλος οὖν οὗτος πέπλος ὅντις αὐτῷ πόλεμον ἔχων, ἐν φιλοσοφίαις οἱ τροφίμοι τῆς Ἀθηνᾶς, ἀνάγεται τῇ θεῷ, ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ τῶν Παναθηναίων πέπλος ἔχει τοὺς Ιγάντας τικῶμένοντας ἐπὶ τῶν Όλυμπιών θεῶν. schol. Arist. eqq. 566: ἐπεσκενάζετο οὖν ὁ πέπλος καθ' ἔκαστον ἐνιαυτίν, καὶ ἐπομπεύετο ἐν τοῖς Παναθηναῖοις. Diod. XX, 46 οἱ δὲ Ἀθηναῖοι γράψαντος ψήφισμα Στρατοχλέοντος ἐψηφίσαντο — ἐνρραίνειν αὐτὸν εἰς τὸν τῆς Ἀθηνᾶς πέπλον κατ' ἐνιαυτόν. (cf. Plut. Demetr. 12). Serv. ad Verg. Aen. I, 480: PEPLVMQVE FEREBANT. pepulum proprie est palla picta feminea, Minervae consecrata, ut Plautus 'numquam ad civitatem venio, nisi cum infertur pepulum'. cf. Hesych. Πραξιεργίδαι · οἱ τὸ θόρος τὸ ἀρχαῖον τῆς Ἀθηνᾶς ἀμφιεννίντες.

sisse simulacrum constabat nobis iam ex Euripide, galea caput munitum fuisse si quis sola coniectura sumeret, nemo, ut puto, contradiceret, sed certiora argumenta afferre licet. notum est in nummis atticis caput Minervae galeatum conspici, quod per longum tempus, cum ars diu iam ad summam perfectionem pervenisset, antiquissimi artificii insignem deformitatem atque duritiem retinebat. ex permultis exemplis, quae quamquam rudem speciem variant tamen antiquitatem servant, unum elegi, cuius aspectu aptissime demonstrari visum est exhiberi caput deae ad simulacrum aliquod expressum<sup>40</sup>. quodnam igitur simulacrum Athenienses ad nummos publice signandos elegisse putabimus, nisi id, quod cum ipsa civitate conditum putabatur et deae urbis protectricis eam speciem ostendebat, qua sanctissime colebatur. haec igitur capita ad Minervam Poliadem referre quis erit qui dubitet? porro dextra paullo elata hastam tenuisse deam alia docent monumenta, quae non minus certo ad Poliadem referemus. ingens extat amphorarum pictarum numerus, quae ipsa inscriptione τῶν Ἀθηναῖς αὐτῶν εἰμι aut τῶν Ἀθηναῖς αὐτῶν probant oleum in eis conditum fuisse, quod in certaminibus panathenaicis praemii loco victoribus publice tribuebatur<sup>41</sup>. Panathenaea autem ad cultum Minervae Poliadis pertinere nemo ignorat<sup>42</sup>. iam vero in anteriore horum vasorum parte certa lege semper Minerva picta est inter duas columnas posita<sup>43</sup>, quae si quidem rationem, quae inter picturam vasculorum et sculpturam intercedit, consideraveris, statuam dresdensem qualem Rauchius refecit plane reddit. in amphora Burgoniana<sup>44</sup>, cui, quippe Athenis effossae, praecipuam auctoritatem iure tribuemus, Minerva eodem rigido habitu effecta sinistro pede paullum prolato totam πανοπλίαν, aegida scutum galeam gerens, hastamque protendens repraesentatur. quoniam iure dubitabimus, quin his amphoris publice propositis id potissimum simulacrum quasi testimonii loco impressum fuerit, ad cuius cultum ipsi ludi referebantur? huc pertinet alia quaedam amphora nigris figuris depicta<sup>45</sup>, in cuius anteriore parte id ipsum Minervae simulacrum videmus, quod iam accuratius a nobis descriptum est. ante deam

40 tab. II, 4, ex T. Combii nummis mus. Brit. tab. VI, 10.

41 beschr. d. vasens. zu München, einl. p. CI sqq. cfr. Sauppeius de inscr. panath. ind. lectt. gott. 1858.

42 etiam parvis Panathenaeis olei amphoras praemii loco distributas esse monuit A. Mommsenius (heortol. p. 125 sq.). scilicet magna Panathenaca tertio quoque olympiadis anno agebantur; cum vero in Cyrenaica amphorae panathenaicae repartae sint, archontum nominibus inscriptae, quorum Nicocrates ol. 111, 4 (arch. anz. XIV p. 271), Hegesias ol. 114, 1, Theophrastus ol. 110, 1 aut 116, 4 munere fungebantur (beschr. d. vasens. zu Münch. einl. p. XXIX), eae ad parva Panathenaea referenda sunt.

43 mon. ined. d. instit. I, 21, 22. Gerhardus etr. u. kamp. vas. tab. A B.

44 mus. brit. 569. Millingen anc. uned. mon. I, 1.

45 mus. berolin. 626. Gerhardus etr. u. kamp. vas. tab. 2. 3. inde tab. II, 1.

magna ara quadratis lapidibus exstructa est, quales etiam in aliis vasculorum picturis vides-mus<sup>46</sup>. ante aram conspicitur femina longa tunica induta, quae elata dextra et paullum protenta sinistra verbenas supra aram tenet, sacerdos igitur aram lustrando ad sacrificium statim perficiendum praeparatura. sequuntur enim sacerdotem tres viri, quorum primus barbatus est, tertius vaccam fune alligatam ad aram dicit, hic quidem limo succinctus, reliquisola tunica induti. pompa, quam hic videmus, in posteriore amphorae parte prosequitur, ubi duo tibicines imberbes barbatos duos citharoedos longis indutos vestimentis antecedunt. utraque pictura unam imaginem continuari eandemque sacram pompam repraesentari, quae ad aram deae mittatur, ut ibi sacrificium fiat, per se patet. quodsi ex eis, quae hucusque disputata sunt, verisimile redditum est, hic quoque Minervam Poliadem eiusque cultum exhiberi, accedit etiam gravissimum tituli attici<sup>47</sup> testimonium,

46 Otto Iahn Teleph. u. Troil. tab 2. arch. ztg. XIV tab. 91. Hermannus gottesd. alt. 17, 9.

47 Rangabeus ant. hellen. 814:

ώς κα-

ιεροποιῶν] κατ' ἐνιαυτὸν κα-  
ὶ τετέλεσται ἡ θυσία ἡ νενομισμένη ὡς ἄριστα τῇ Ἀθ-  
ηνᾶ καθ' ἔκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ἐπέρ τοῦ δῆμου τοῦ Ἀ-  
θηναίων, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα δεδοίκηται περὶ τὴν ἑορτή-  
ν καὶ τὴν πομπὴν τῇ θεῷ χαλῶς ὑπὸ τῶν ιεροποιῶν εἰς  
τὰ Παναθήναια· ἐλψηφίσθαι τῷ δήμῳ τὰ μὲν ἄλλα καθά-  
περ τῇ βουλῇ, θύειν δὲ τοὺς ιεροποιοὺς τὰς μὲν δύο  
θυσίας τίν τε τῇ Ἀθηνᾶ τῇ Υγιείᾳ καὶ τὴν ἐν τῷ Ἀρε-  
ίῳ πάγῳ τελον] μένην καθάπερ πρότερον, καὶ νείμαντ-  
ας τοῖς τε μάρτυσιν πέντε μερίδας, καὶ τοῖς ἐννέα ἄρ-  
χονσιν τρεῖσι, καὶ ταμίαις τοῖς θεοῦ μίσιν, καὶ τοῖς ιερ-  
οποιοῖς μίσιν, καὶ τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ταξιάρχ-  
αις μίσιν, καὶ τοῖς πομπ[εῦσιν] τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τα-  
ῖς ἀρρηγόροις κατὰ εἰω[θότα, τὰ] δὲ ἄλλα κρέα ταχηναίο-  
ις διδόντας· ἀ]πὸ δὲ τῶν τετταράκοντα μνῶν καὶ τῆς μι-  
ᾶς τῆς ἐκ τῆς μησιθώσεως τῇ[ς νέ]ας βιωνήσαντες οἱ ιερ-  
οποιοὶ μετὰ τῶν βιωνῶν, πέμψαντες τὴν πομπὴν τῇ θε-  
ῷ, θυόντων τα]έτας τὰς βοῦς ἀπάσας ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς  
Ἀθηνᾶς τῷ μεγάλῳ, μίσιν δὲ ἐπὶ τῷ τῆς Νίκης, προκρί-  
ναντες ἐκ τῶν] καλλιστενούσῶν βιῶν, καὶ θέσαντες τῇ-  
ι τε Ἀθηνᾶ τῇ Πολιάδι καὶ τῇ Ἀθηνᾶ τῇ Νίκῃ, ἀπασῶ-  
ν τῶν βιῶν τῶν] ἀπὸ τῶν τετταράκοντα μνῶν καὶ μνᾶς ἐω-  
νημένων, νεμιγόντων τὰ κρέα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ἐν  
ἀκροπόλει] καθάπερ ἐν ταῖς ἄλλαις κρεανομίαις· ἀπ-  
οδιδόναι δέ] τὰς μερίδας εἰς τὸν δῆμον ἔκαστον, κατὰ ἄ-  
νδρα νέμον] τας, διπόσονς ἀν παρέχῃ δ δῆμος ἔκαστος. [ε-

quo edocemur, parvis Panathenaeis sollemni pompa ad magnam deae aram deductas esse centum vaccas ibique sacrificatas praeter unam pulcherrimam, quae Minervae Victoriae offerebatur. quae cum nostra pictura prorsus consentiunt, nisi quis putet, etiam centum vaccas pictori in vasculo ad verum reddendas fuisse. neque in ea offendendum est, quod deae simulacrum sub dio apparet, cum re vera in templo positum fuisse constet. non desunt attica anaglypha, quibus Minerva Virgo eo fere habitu, quo eam in Parthenone stetisse scimus, cum hominibus sub dio versata exhibetur<sup>48</sup>.

His ita comparatis paullo confidentius ad anaglyphum considerandum progredi licet, quod olim Winckelmanni fuit, nunc Parisiis servatur<sup>49</sup>. in eo videmus truncu alicui simulacrum deae impositum longo chitone induitae galeaque tectae, quae sinistra scutum tenet, dextra hastam protendit, prorsus igitur eis simile, quae iam explicavimus, nisi quod truncu impositum est. a dextra adstat vir barbatus galea et lorica instrutus, tunica supra sinistrum brachium reiecta. qui dextra palmae ramum tenet, deae, ut videtur, oblatus: ab altera parte Victoria alata, quae sinistra aplustre tollit, dextra pateram, cuius quidem incerta tantum vestigia supersunt, ingenti angui qui truncu circumvolvit protendit. ad eundem truncum rotundum aliquid scuto vel rotae simile appositum est, quamquam, cum superficies anaglyphi nimis adrosa sit, nihil certi constituere licet. anaglyphum inter ea referendum est, quae antiquum rigorem imitando exprimere student, non vere antiqua sunt. quae de hoc et similibus monumentis in diversas partes disputata sunt, hic repetere nolo<sup>50</sup>. ex tota enim disputatione

ις δὲ τὰ μι]σθώματα τῆς πομπῆς, καὶ τὸ μαγειρικόν, καὶ τὰ καύσιμα] τοῦ βωμοῦ τοῦ μεγάλοι, καὶ τὰλλα ὅσα προσδεῖ ἐπιτελεῖσθαι περὶ τὴν ἑορτήν, καὶ εἰς παννυχίδα,  
δοῦναι τὰς Ρ: δραχμάς· τοὺς δὲ ιεροποιοὺς τοὺς διοι[χ-  
οῦντας τὸ] Ἰαναθήναια τὰ κατ' ἔνιατόν, ποεῖν τὴν πα[ν-  
υχίδα] ὡς καλλίστην τῇ θεῷ, καὶ τὴν πομπὴν πέμπε[ι-  
ν τῷ η]λίῳ ἀνίστην, ζημιοῦντας τὸν μὴ πειθαρχοῦν-  
τα ταῖς ἐπόδ] τῶν νόμοιν ζημιάσι. ἐλέσθαι δὲ τὸν δῆμο[ον τῶν  
Ἀθηναίων . . . ἀνδρα]ς ἐξ Ἀθηναίων ἀπάντων

48) Lebasius (voy. arch. mon. fig. 38, 1. 39. sacrificium ei offertur ibid. 46).

49) Winckelmannus mon. ined. 120, mus. napol. IV, 11. Claracus mus. de sc. 223, 175, Muellerus (denkm. a. k. I, 14, 48), Gerhardus (minervenid. tab. II, 3). in disco marmoreo Pompeii reperto ab altera parte eadem Victoria conspicitur sinistra aplustre tenens, dextra escam angui praebens columnae circumvoluto, cui nullum simulacrum impositum est. ab altera parte miles barbatus repraesentatur, qui hastam sinistra, dextra galeam tenens lente ingreditur. Avellinius descr. di una casa Pomp. (1840) tab. IV, mus. borbon. X, 15.

50 cf. O. Muellerus (*Amalthea* III p. 48 sq. kl. schr. II p. 608), Welckerus (*a. denkm.* II p. 135 sq.), R. Rochettus (*mon. ined.* p. 289. 426), Lebasius (*mon. d'ant. fig.* p. 226 sq.), Avellinius l. l. p. 49 sq.

satis apparere puto, cur eos verum vidisse credam, qui sacrificium propter victoriam navalem Minervae Poliadi oblatum deprehenderunt, quae dea praeter totum habitum, de quo satis dictum est, etiam angui et trunco oleagineo, ut par est credere, clare indicatur<sup>51</sup>.

At hanc formam, quam Minervae Poliadi vindicare conatus sum, potius ei statuae convenire monent, quae a Phidia ex aere facta in arce posita fuit ingentis magnitudinis colossea, vulgo πρόμαχος nominari solita<sup>52</sup>. audio, sed illud προμάχου nomen, quod hodie sane usitatum est, apud antiquos, quantum scio, non invenitur<sup>53</sup>, nisi apud Demosthenis scholiastam, cuius verba adscripti, et Alciphronem<sup>54</sup>, ceteri non nisi de ahenea magna statua loquuntur adduntque ex decima praedae persicae erectam fuisse<sup>55</sup>. videndum igitur est, ne ex hoc nomine nimium efficere conemur<sup>56</sup>.

51 cf. archaeol. beitr. p. 223.

52 Gerhardus (üb. d. minervenid. p. 22.)

53 Wordsworthius (Athens and Attica p. 107 sq.) hue rettulit locum Aristophanis (eqq. 1166 sqq.)

- Κλ.* ίδον φέρω σοι τήγδε μαζίσκην ἐγώ  
ἐκ τῶν ὀλῶν τῶν ἐκ Πέλον μεμαγμένην.  
*Αλ.* ἐγώ δὲ μυστίλας μεμυστιλημένας  
ὑπὸ τῆς θεοῦ τῇ χειρὶ τὴλεφαντίνη  
*ΙΗ.* ὡς μέγαν ἄρ' εἶχες, ὃ πότνια, τὸν δάκτυλον.  
*Κλ.* ἐγώ δὲ ἔτνος γε πίσινον εὔχρων καὶ καλόν.  
ἔτόρνε νέ δ' αὐθ' ή Παλλὰς ή Πελαιμάχος.  
*Αλ.* ὃ Αἴμ', ἐναργῶς ι θεός σ' ἐπισκοπεῖ,  
καὶ νῦν ἐπερέχει σον χύτραν ζωμοῦ πλέαν,  
*Κλ.* τοντὶ τέμαχός σοῦδικεν ή φοβεσιστράτη.  
*Αλ.* ή δὲ διβριμοπάτρα γ' ἐφθόνη ἐκ ζωμοῦ κρέας  
καὶ χόλικος ἤντρον τε καὶ γαστρὸς τόμον.  
*ΙΗ.* καλῶς γ' ἐποίησε τοῦ πέπλου μεμνημένη.

cum liquido constet Minervae virginis a Phidia ex ebore et aura sculptac et Poliadis antiquac mentionem hic fecisse Aristophanem, vix dubitare licet quin etiam aheneae a Phidia factae colosseae memor fuerit. quam cum Πελαιμάχον vocet propter τὸ ἐν Πέλῳ κατόρθωμα, ut recte monet scholiasta, suspicio sanc nascitur, hoc nomen a poeta detortum esse ex Προμάχοι, quod tamen, quoniam de ea re nihil testatum inventimus, non pro certo affirmaverim.

54 Alciph. III, 51 ἐμοὶ γένοιτο, πρόμαχε Ἀθηνᾶ καὶ πολιοῦχε τοῦ ἄστεος, Ἀθηνῆσι καὶ οἷσαι καὶ τὸν βίον ἀπολιπεῖν.

55 Paus. I, 28, 2 χωρὶς δὲ ή ὅσα κατέλεξα, δύο μὲν Ἀθηναῖοις εἰσὶ δεκάται πολεμήσασιν. ἄγαλμα Ἀθηνᾶς χαλκοῦν ἀπὸ Μήδων τὰν ἐς Μαραθῶνα ἀποβάντων, τέχνη Φειδίου. — ταύτης τῆς Ἀθηνᾶς ή τοῦ δόρατος αἰχμὴ καὶ δὲ λόφος τοῦ κράνους ἀπὸ Σουνίου προσπλέουσίν ἔστιν ἥδι, σύνοπτα. cf. IX, 4, 1. Demosth. f. 1. 272 ἀλλ' ὅλης οὖσῆς ιερᾶς τῆς ἀκροπόλεως ταυτησὶ καὶ πολλήν εὐρυχωρίαν ἔχοντης παρὰ τὴν χαλκῆν τὴν μεγάλην Ἀθηνᾶν ἐκ δεξιᾶς ἔστηκεν, ἥν ἀριστεῖον ή πόλις τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου δόντων τῶν Ἑλήνων τὰ χείματα ταῦτ' ἀνέθηκεν. Aristid. or. 50 III p. 701 C ή Ἀθηνῆσιν Ἀθηνᾶ, λέγω

accedit, quod in nummis atticis, quae arcem repraesentant<sup>57</sup>, colossea Minervae statua, quae clare perspicitur supra templa et propylaea eminens, hastam non elatam gerit ἐν προβολῇ, sed erectam manu tenet. et sane quaerere licet, quo modo in tam enormis magnitudinis statua dea hastam vibrare potuerit, ut taceam ne illud quidem intellegi posse, quod a Sunio adnavigantes hastae cuspidem cernere potuisse narrant. verum etiamsi concedamus, magnam illam statuam πρόμαχον fuisse eo modo effectam, quallem vulgo sibi informant, quid obstat, quominus Phidiam putemus, ut deam arcis protectricem anathematis loco publice poneret, ab antiqua imagine Minervae Poliadis profectum eam ita mutatam et exultam reddidisse, ut ipsius aetas et ars postulaverit? nam hac via ad deorum imagines secundum perfectae artis leges formandas processisse summos eius aetatis artifices, multis exemplis constat. sed quamquam non modo incertum, verum etiam improbabile videtur Phidiam in ahenea Minerva hoc modo rem instituisse, tamen etiam Minervae Poliadis rude signum ab artifice quodam ita expressum esse, ut liberae artis perfectam pulchritudinem referret, ex nummo attico constat<sup>58</sup>. in quo inter oleam angui circumvolutam ingentemque noctuam Minerva conspicitur, quae galea et aegide armata longaque tunica induita, sinistra clipeum protendens atque elata dextra hastam vibrans ingreditur. habes Poliadem toto habitu expressam, sed ut nulla iam antiqui rigoris vestigia in signo perfectam artem spirante remaneant.

Verum ei signo, quod Minervae Poliadis esse obtinui, etiam a parte palladii lis

*τοῦτο μὲν τὴν ἐλεφαντίνην, τοῦτο δ' εἰ βούλει τὴν χαλκῆν καὶ νῆα γ' εἰ βούλει τὴν Αημειαν, ἀπαντά ταῦτα ἵπερβολὴν μὲν ἀρετῆς τῷ δημιουργῷ, τοῖς δὲ θεαταῖς ἡδονῆς ἔχει. hanc ipsam Minervam etiam eliduchum vocatum fuisse ne nunc quidem argumentis ab Urlichio prolatis (rhein. mus. n. f. XIV p. 599 sqq.) credo, quibus Welckero nostro cum persuasissce video (griech. götterl. II p. 308).*

56 nihil certi, ut recte monuit Prellerus (de Phidia, allg. encycl. III, 22 p. 182), efficitur ex verbis Zosimi (V, 6) ἐπιὼν Ἀλάριχος πανστρατιῷ τῇ πόλει, τὸ μὲν τείχος ἐώρα περινοστοῦσαν τὴν πρόμαχον Ἀθηνᾶν, ὡς ἐστὶν αὐτὴν ὁρᾶν ἐν τοῖς ἀγάλμασιν ὥπλισμένην καὶ οἷον τοῖς ἐπιοῦσιν ἐνίσασθαι μέλλονταν, τοῖς δὲ τείχεσι προεστῶτα τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἡρω τοιοῦτον, οἷον αὐτὸν τοῖς Τρωοῖς ἔδειξεν Όμηρος, ὅτι κατ' ὄργην τῷ θανάτῳ τοῦ Πατρόκλου τιμωρεῖν ἐπολέμει. ταύτην ὁ Ἀλάριχος τὴν ὄψιν οὐκ ἐνερών πάσης μὲν ἀπέστη κατὰ τῆς πόλεως ἐγχειρίσεως. nam quod addit Zosimus ὡς ἐστὶν αὐτὴν ὁρᾶν ἐν τοῖς ἀγάλμασιν, docet ea specie Alaricum Minervam vidisse, qua maxime terrifica fuerit, et eiusmodi signa, qualia indicat, re vera extitisse etiam nobis ex monumentis constat. ceterum Achillis mentio ad eam statuam pertinet, quam a Nestorio in Parthenone positam fuisse Zosimus narraverat (IV, 18).

57 Millinus (gal. mythol. 32, 133), Leakius (topogr. Ath. tab. I, 1). Broenstedius (voyage II p. 292, 37) Gerhardus (minervenid. tab. IV, 1), R. Rochettus (topograph. d'Ath. p. 1), Beuleus (monn. d'Ath., p. 394). quattuor exempla composui in tabula secunda, quae Pausaniae arcis descriptioni a me editae adiecta est.

58 Beuleus (monn. d'Ath. p. 390), Wieselerus (denkm. d. a. k. II, 20, 212), inde tab. II, 5.

de finibus regundis intenditur<sup>59</sup>. Homerum enim Troiae novisse Minervae signum sedentis patet ex verbis Heleni, qui Hecubam iubet (Z, 90)

πέπλον ὅ οἱ δοκέει χαριέστατος ἡδὲ μέγιστος  
εἰναι ἐνὶ μεγάρῳ καὶ οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ,  
Θεῖναι Ἀθηναῖς ἐπὶ γούνασιν ἡυκόμοιο,

quibus respondent (Z, 302)

ἢ δ' ἄρα πέπλον ἔλουσα Θεανὰ καλλιπάρηος  
Θῆκεν Ἀθηναῖς ἐπὶ γούνασιν ἡυκόμοιο.

fuerunt quidem inter grammaticos, qui verba poetae ad stantis deae effigiem significandam detorquerent<sup>60</sup>, sed recto iudicio usus Strabo<sup>61</sup> sedentis signum intellexit et ab Homeri testimonio discrepare Ilienses, qui postea stans palladium pro antiquo illo venditabant, adnotavit<sup>62</sup>. scilicet illud palladium, quod de caelo lapsum et inter urbium pignora servatum Ulices et Diomedes abstulisse ferebantur, quod postea multae urbes accepisse se gloriabundae variis figmentis suum quaeque genuinum probare conabantur,

59 cf. Gerhardus (üb. d. minervenidole p. 11. etrsk. u. kamp. Vas. p. 2. 6).

60 schol. A Il. Z, 92 ἡ διπλῆ, ὅτι ἀντὶ τῆς παρά, ἵν' ἡ παρὰ γούνασιν. ὁρθὰ γὰρ τὰ παλλάδια πατεσκεύασται. καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ 'ἡ μὲν ἐπ' ἐσχάρῃ' (Od. 5, 52) ἀντὶ τοῦ παρὸς ἐσχάρῃ. ἡ γὰρ ἐπὶ τὴν ἐπάνω σχέσιν σημαίνει. διὸ οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν. 303 ἡ διπλῆ, ὅτι πάλιν παρὰ γούνασιν.

61 Strabo XIII p. 601 καὶ τὰ τοιαῦτα δὲ τοῦ αὐτοῦ τίθενται τεκμηρία, οἷον ὅτι τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἔσαννον μὲν ἐστηκὸς ὁρᾶται, 'Οὐμηρος δὲ καθήμενον ἐμφαίνει'. πέπλον γὰρ κελεύει 'Θεῖναι Ἀθηναῖς ἐπὶ γούνασιν.' βέλτιον γὰρ οὕτως ἡ ὡς τινὲς δέχονται ἀντὶ τοῦ 'παρὰ τοῖς γούνασι θεῖναι' παρατιθέντες τὸ 'ἢ δὴ στοιχεῖ ἐπ' ἐσχάρῃ' ἐν πυρὸς αὐγῇ' ἀντὶ τοῦ 'παρὸς ἐσχάρῃ'. τίς γὰρ ἂν νοηθείη πέπλον ἀνάθεσις παρὰ τοῖς γόνασι; καὶ οἱ τὴν προσωρίδιαν δὲ διαστρέφοντες, 'γονύάσιν', ὡς θυιάσιν, ὅποτέρως ἂν δέξιωνται, ἀπεραντολογούσιν, εἴθ' ἵκετείας ἐρμην]εύοντες [εἴ]τε φρένας. πολλὰ δὲ τῶν ἀρχαίων τῆς Ἀθηνᾶς ἔσαννων καθήμενα δείκνυται, καθάπτερ ἐν Φωκαΐᾳ Μασσαλίᾳ Ρώμῃ Χίῳ ἄλλαις πλείσιν. de romana Minerva sedente constat ex monumentis, qualia composui archäol. beitr. p. 81 cf. Suet. Calig. 25 infantem — Minervae gremio imposuit. Cassius Dio LIX, 26. licet etiam Erythras addere cf. p. 7, 20.

62 Apollod. III, 12, 3, 2 Ἰλος — τὸ διπετεῖς παλλάδιον πρὸ τῆς συγῆς κείμενον ἐθεάσατο. ἢν δὲ τῷ μεγέθει τρίπηχν, τοῖς δὲ ποσὶ συμβεβηκός, καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ δόρυ διηρμένον ἔχον, τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἥλσατην καὶ ἀτρακτον. Eustath. Il. Z p. 627 φασὶ δὲ τὸ ἐν Τροίᾳ παλλάδιον διπετεῖς μὲν εἶναι, ἥγονν ἐξ ἀρρώστων οὐρανόθεν πεσόν, ἀνδρὸς δὲ δορὰν ἴμφιεσθαι (quod ad mythum de Pallante spectat cf. Muellerus kl. schr. II p. 208) στέμμα τε ἔχειν καὶ ἥλσατην, ἐν δὲ τῇ κεφαλῇ πίλον καὶ δόρυ ἐν τῇ δεξιᾷ. quocum consentit schol. BL, nisi quod πόλιν legit, sed πόλιν verum esse et per se probabile est et vero numerus Iliensium docet, quem tab. II, 6 exhibui (cabin. de M. Allier de Hauteroche 13, 9, Wieselerus (denkm. d. a. k. II, 21, 221). in eo videmus Minervae signum in hermae modum exiens polo fuso hasta instructum (cf. Arist. or. 2 I. p. 21 C ἀλλὰ μὴν ἀμφοτέρω γε τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐπίκουρος γεγένηται, γυναιξὶ μὲν ταλασίαν παραδοῦσα, ἀνδράσι δὲ ὅπλων χρῆσιν ἀναθεῖσα), quod quin recte Pauckerus (d. attische pallad. p. 38) ipsum illud a scriptoribus descriptum palladium esse dixerit, nullus dubito, quamvis dissentiat Wieselerus l. l. p. 113. ante deam bovem in eo est ut mactet sacerdos.

unanimi scriptorum atque artis monumentorum consensu parvum aliquod signum fuisse traditur, quod deam stantem hastamque vibrantem repraesentabat<sup>63</sup>. itaque nulla causa est, cur, cum constet etiam Athenienses palladii sui a Troia originem repetuisse, formam eius a vulgari palladiorum specie discrepasse putemus. quidni igitur concedamus inter palladium et Poliadis antiquum signum similitudinem quandam intercessisse? ut aliquo tamen utar exemplo, in Pergamenorum nummo<sup>64</sup> Minervae signum conspicitur, quod palladium vocare nemo dubitabit, idque si universum typum spectas a Poliadis signo non multum differt. alterum exemplum sit signum Minervae in Lacedaemoniorum nummo Gallieno imperatore expressum<sup>65</sup>, quod antiquissimo habitu deam galea armatam, sinistra scutum protendentem, dextra hastam vibrantem repraesentat, cuius ima pars in hermam ita finitur, ut truncus fasciis nescio quibus arcte circumligatus esse videatur. recte Konerus<sup>66</sup> Minervae, quam πολιούχον nomine antiquissimo Lacedaemonii cultu prosequabantur, aheneum signum a Gitiada factum agnovit, in aede positum, cuius parietes anaglyphis eiusdem Gitiadae opera ex aere ductis ornati erant, unde dea alterum χαλκιοίκον nomen accepit<sup>67</sup>. cum hoc signo, quod πολιάδα — nam πολιάς et πολιούχος inter se non differunt<sup>68</sup> — palladio prorsus simile reddit, Konerus cognatum typum nummi cuiusdam Meliorum componit<sup>69</sup>. Minerva galea ornata, scutum sinistra tenens anguibus circumdatum, dextra hastam vibrat, imum corpus in hermae modum effectum est, ab utroque latere anguibus enascenti-

63 non opus est, ut in tanta scriptorum et monumentorum copia, quae ut hoc utar ad palladium raptum pertinent, singula palladii exempla commemorem.

64 Choiseul Gouffier (voy. pitt. II, tab. 5, 1), Streberus (numism. nonn. gracc. tab. III, 3. p. 195), inde tab. III, 6. cf. Cavedonius (spicil. numism. p. 146).

65 Cadalvène (recucil d. med. II, 35), inde tab. III, 5.

66 Konerus (Koehnii zeitschr. f. münzk. V p. 2 sqq., archäol. zeit. III p. 30 sqq.), quem tamen verum vidisse non puto, cum Gitiadam non aedem sed statuam ipsam anaglyphis ornasse censeat.

67 Paus. III, 17, 2 ἐνταῦθα Ἀθηνᾶς ἵερὸν πεποίηται, πολιούχον καλουμένης καὶ χαλκιοίκον τῆς αὐτῆς. τοῦ δὲ ἱεροῦ τῆς κατασκευῆς Τυνδάρεως, καθὰ λέγουσιν, ἥρξατο· ἀποθανόντος δὲ ἐκείνου δείτερα οἱ παιδες ἐξεργάσασθαι τὸ οἰκοδόμημα ἦθελον, ἀφορμὴ δέ σφισιν ἔμελλε τὰ ἐξ Ἀφιδναίων ἔσεσθαι λάφυρα. προαπολιπόντων δὲ καὶ τούτων, Αἰακεδαιμόνιοι πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον τόν τε ναὸν ὅμοιώς καὶ τὸ ἄγαλμα ἐποίησαντο Ἀθηνᾶς χαλκοῦν· Γιτιάδας δὲ εἰργάσαστο ἀνὴρ ἐπιχώριος. ἐποίησε δὲ καὶ ἄσματα δώρια ὁ Γιτιάδας ἄλλα καὶ ὕμνον ἐς τὴν Θεόν. ἐπειργασται δὲ τῷ χαλκῷ πολλά κτλ.

68 schol. Soph. Phil. 133 Νίκη τ' Ἀθάνα πολιάς· οὕτως ἡ πολιούχος Ἀθάνα Νίκη καλεῖται ἐν τῇ Ἀττικῇ. schol. Clem. Alex. t. IV p. 115 Kl. πολιάς Ἀθίνης τιμάται, ἦν καὶ πολιούχον λέγουσιν, ἴδρυμένην ἐν τῇ ἀκροπόλει. Arist. eqq. 581. cf. Boetticherus (philol. XVII p. 393).

69 Pellerinus (rec. d. méd. tab. CIV, 4), Gerhardus (üb. d. metroon tab. I, 19), Lenormantius (nouv. gal. mythol. tab. XXIII, 9), Wieselerus (denkm. d. a. k. II, 20, 213), inde tab. III, 8. cf. Gerhardus (hyperb. röm. stud. II, p. 277).

bus. cum hoc Meliorum signo Conzei beneficio anaglyphum satis memorabile in insula Melo mense Novembri anni 1864 repertum, nunc Athenis in Theseo servatum, comparare licet<sup>70</sup>. delineatum Conzeio misit vir de patriis antiquitatibus servandis et cum doctis communicandis egregie meritus Achilles Postolaccas, unde exemplum ductum est, quod tab. III, 7 exhibet. cippo parvo ex viliore marmore facto (82 cent. alt. 44 cent. lat.) impositum est anaglyphum, quod deae signum quale in nummo conspicimus arte novicia ita variatum reddit ut imum corpus non in hermam exeat, sed in modum notissimae Diana ephesiae formatum sit. dea galea cristata et aegide paullo obscurius ea quidem significata armata est, sinistra scutum gorgoneo exornatum tenet, dextra hastam vibrat. praeterea, ne quis de Minerva dubitet, ad pedes ab altera parte noctua, ab altera anguis conspiciuntur. imum corpus, ut in imaginibus Diana ephesiae<sup>71</sup>, chitone usque ad pedes demisso maxima quidem parte fasciis quibusdam distincto vestitum est, denique ab utraque parte etiam in hoc signo angues quasi enascuntur. apparent igitur antiquissimum illud signum Mēlium ita ab artifice novatum esse ut alius deae, cuius tunc maxime pervulgata et summa religione culta fuerunt simulacra, auctoritatem ei conciliaret. qua in re etiam illud memorabile est, quod ipsum Diana ephesiae signum antiquissimis temporibus longe simplicius, et ita quidem ut ad hermae potius similitudinem accederet, formatum fuit<sup>72</sup>. subscripta sunt anaglypho verba ΕΙΣΕΩ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ, et ΕΙΣΕΩ illud, quod equidem non intellego, etiam ipsius simulacri fasciis inscriptum legitur.

Itaque concedendum est, palladium, quod Athenis colebatur, tota specie non multum dissimile fuisse Minervae Poliadis signo, quamquam, quae sive magnitudinis sive habitus inter utrumque discrimina intercesserint, iam non licet accuratius definire. nullo modo igitur in me recipiam in permultis illis monumentis, quae parvi maximam partem ambitus Minervam aliquam armatam hastamque vibrantem antiquo more repräsentant, discernere, utrum palladium an Minerva Polias intellegenda sit, nisi forte aliunde certa argumenta repeti possint. sed si de forma utriusque deae saepe res ambigua manet, tamen inter nomen et cultum accurate distinguendum est. quod rectissime Muellerus (ad Aesch. Eum. p. 155, kl. Schr. II p. 147) monuit nusquam Minervae Poliadis signum vocari palladium, id etiam eo valere observavit Wordsworthius (Athens

70 bullett. d. inst. 1862 p. 86.

71 praeter Claudi Menetrei librum Symbolica Diana ephesiae statua (Romae 1657) sufficit commemorasse Claracum (mus. d. sculpt. tab. 561—564 C) et Gerhardum (ant. bildw. 305, 307, 308).

72 cf. ber. d. sächs. ges. d. wiss. 1851 p. 146 sq.

and attica p. 107), ut ne ipsa quidem Polias, ubi accurate loquuntur tituli atque scriptores — nam poetarum licentiam hic non euro —, Παλλάς nominetur sed Ἀθηνᾶ; ita Homerus quoque deam, cui peplum offerunt troianae mulieres, Ἀθηναῖη nuncupat. quo solo discrimine quaestio quaedam solvi mihi videtur, de qua in varias partes disceptarunt viri docti. in titulo attico<sup>73</sup> de novo quodam palladio sermo est, quod ex oraculo suis impensis refecit Polyaenus, sive quo nomine vocatus est, qui erat ἴερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ἐπὶ παλλαδίου καὶ βουζύγης, unde certissimo apparet ὃς τῆς Παλλάδος non posse intellegi nisi de palladio<sup>74</sup>. de hoc sacerdote constat etiam ex inscriptionibus sellarum in attico theatro nuper repertarum, inter quas legitur etiam βουζύγον ἴερέως Διὸς ἐν παλλαδίῳ<sup>75</sup>, neque quisquam, cum apud Atticos Iovis et Minervae cultus semper fere coniunctus sit, mirabitur, etiam palladio proprium quendam Iovem additum fuisse, ut cum Minerva Poliade Iuppiter Polieus colebatur. cuius sacerdotium cur ad Buzygarum gentem relatum fuerit fabula quaedam apud Polyaenum servata explicavit<sup>76</sup>. iam constat de pompa quadam a nomophylacibus Palladi instructa, ut simulacrum ad mare transportarent<sup>77</sup>, de qua paullo accuratius inscriptionibus ephebicis edocemur, quibus ephebi laudantur, quod συνεξήγαγον καὶ τὴν Παλλάδα Φαληροῦ κακεῖθεν πάλιν συνεισήγαγον μετὰ φωτὸς μετὰ πάσης εὐκοσμίας (tit. B. 11 cf. A. 10 συνεξήγαγον δὲ καὶ τὴν Παλλάδα μετὰ τῶν γεννητῶν καὶ πάλιν εἰσήγαγον μετὰ πάσης εὐκοσμίας), vel cosmeta, quod

73 C. I. Gr. 491 ἴερ]εὺς τοῦ Διὸς τοῦ ἐπὶ παλλαδίου καὶ βουζύγης, Πολ[ναι]ον Μαραθώνιο[ς], χρήσατος τοῦ Πνεύμονος Ἀπόλλωνος, ὅπι χρὴ ἔτερον ἔδο[ς] τῆς Παλλάδος κατασκευάσσασθαι, ἐκ τῶν ἰδίων ποήσας τοῖς τε θεοῖς καὶ τῇ πόλει ἀνέθηκεν. eodem pertinere videtur alter titulus, quem Rangabeus (ant. hellén. 819) Pittakisio (anc. Athènes p. 129) auctore edidit: . . . ται . . . Διοδώρον Ἀλαιέα . . . καθώς ἔστιν τῷ γένει καὶ ἴερέως Διὸς ἐμ πα[λλαδίῳ] . . . Ἀλαιέα. ὑμεῖς οὖν καλῶς . . . τοὺς καὶ εἰσαγαγόντας εἰς τὴν . . [τοῦ δο]θέντος χρησμοῦ διαπεμ. . . . ἐπιστολὴ παρὸ Δελφῶ[ν] . . [οἱ αἰρεθέντες] ἔγχρονοι ἀρχοντες καὶ οἱ [ἱερεῖς? Ἀθηναῖοι] χαίρειν. Ιτιώσκετε τοὺς . . τ' αὐτούς μαντείαν, καὶ περιωτασ . . τοὺς ἐμ παλλαδίῳ Διό[ς] . . ον Διοδώρον Ἀλ[αιέα] . .

74 ἔδος non solum sedentis deae statuam indicare, quod Boeckhius voluit, sed simulacrum cultui sacratum Welckerus demonstravit (syll. epigr. p. 3 sqq.).

75 ἐφημ. ἀρχαιολ. 1862 p. 162, n. 161. n. schweiz. mus. III. p. 37, 23.

76 Polyaenus I, 5 Ἀημοφῶν παρὰ Διομήδους τὸ παλλάδιον παρακαταθήκην λαβὼν ἐφίλαστεν. Ἀγαμέμνονος ἀπαιτοῦντος τὸ μὲν ἀληθινὸν ἔδωκεν ἀνδρὶ Ἀθηναῖῳ, καλονυμένῳ Βουζύγῃ, κομίζειν Ἀθήναξ. Ίσον δὲ καὶ ὅμιον ἄλλο κατασκευάσσας εἶχεν ἐπὶ τῆς σκηνῆς. Ἀγαμέμνονος δὲ σὺν πολλῇ χειρὶ ἐπελθόντος ἀπειμάχετο ἐπὶ μακρόν, δόξαν ἐμποιῶν ὡς ὑπὲρ τοῦ ἀληθινοῦ προκινθυνείοι. πολλῶν δὲ τραυματῶν γενομένων οἱ μὲν ἀμφὶ Ἀημοφῶντα ὑπεῖξαν, Ἀγαμέμνων δὲ τὸ παραπεποιημένον παλλάδιον λαβὼν, ἐξαπατηθεὶς ὤχετο.

77 Suidas et Pollux οἱ νομοφύλακες — τῇ παλλάδι τὴν πομπὴν ἐκόσμουν, ὅτε κομίζοιτο τὸ ξόανον ἐπὶ τὴν θάλασσαν.

παρέπεμψε καὶ τὴν Παλλάδα Φαληροῦ κάκεῖθεν συνεισήγαγεν μετὰ φωτὸς (B. 75). vel Palladis nomen docet errasse, qui haec ad Poliadem rettulerunt et sive panathenaea<sup>78</sup> sive callynteria<sup>79</sup> sive plynteria<sup>80</sup> sive oschophoria<sup>81</sup> intellegenda esse putarunt, rectoque iudicio Petersenium<sup>82</sup> de palladio cogitasse, quod certissimum est, postquam constat, pompa illa simulacrum in Phalerum deductum esse. ibi enim traditum acceperimus a Demiphonte palladium pugna captum esse, in qua cum socii ab insciis occisi essent, ad horum caedem expiandam postea sacra quaedam instituebantur<sup>83</sup>, quibus quin deae ipsius signum adhibitum sit nulla causa est cur dubitemus<sup>84</sup>.

De Minerva Poliade non possum discedere, quin pauca de Victoria adiiciam, quae quam arte cum ea coniuncta sit supra (p. 14, 47) vidimus, cum ex hecatomba Minervae

78 Boetticherus (tekt. II, l. IV p. 234. 239. philol. XVII p. 393), Grassbergerus (verh. d. phil. ges. in Würzburg p. 18).

79 Muellerus (kl. schr. II p. 165).

80 A. Mommsenius (hcortol. p. 429 sqq.).

81 Dittenbergerus (de epheb. attic. p. 63).

82 d. feste d. Pallas Athene in Athen p. 12.

83 Paus. I, 28, 9 Διομῆδην φασὶν ἀλούσης Ἰλίου ταῖς ναυσὶν ὅπισω κομίζεσθαι, καὶ ἥδη τε νίκτα ἐπέχειν, ὡς, κατὰ Φάληρον πλέοντες γίνονται, καὶ τοὺς Ἀργείους ὡς ἐς πολεμίαν ἐπιβῆναι τὴν γῆν, ἄλλην πον δόξαντας ἐν τῇ νητῇ καὶ οὐ τὴν Ἀττικὴν εἶναι. ἐταῦθα Αημοφῶντα λέγοντιν ἐκβοτούσαντα, οὐκ ἐπιστάμενον οὐδὲ τρῦτον τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν ὡς εἰσὶν Ἀργεῖοι, καὶ ἄνδρας αὐτῶν ἀποκτεῖναι καὶ τὸ παλλάδιον ἀρπάσαντα οἴχεσθαι, Ἀθηναῖόν τε ἄνδρα οὐ προϊδόμενον ἐπὸ τοῦ ἡππον τοῦ Αημοφῶντος ἀντραπῆναι καὶ συμπατηθέντα ἀποθανεῖν. ἐπὶ τούτῳ Αημοφῶντα ἐποσχεῖν δίκας, οἱ μὲν τοῦ συμπατηθέντος τοῖς προστήκουσιν, οἱ δὲ Ἀργείων φασὶ τῷ κοινῷ (cf. Beck. anecd. I p. 311. schol. Aristid. tom. III p. 320 D, qui Lysiam testem adhibet.) Poll. VIII, 118 τὸ ἐπὶ παλλαδίῳ· ἐν τούτῳ λαγχάνεται περὶ τῶν ἀκονσίων φόνων· μετὰ γὰρ Τερίας ἔλιων Ἀργείων τινὰς τὸ παλλάδιον ἔχοντας Φαληρῷ προσβάλειν, ἀγνόης δὲ ἐπὸ τῶν ἐργαρίων ἀναιρεθέντας ἀπορριφῆναι. καὶ τῶν μὲν οὐδὲν προσήπτετο ζῶον, Ἀκάμας δὲ ἐμήνυσεν ὅτι εἰν τοῦ Ἀργείου τὸ παλλάδιον ἔχοντες. καὶ οἱ μὲν ταφέντες ἀγνώτες προστηγορεύθησαν τοῦ θεοῦ χρίσαντος, αὐτόθι δὲ ἴδρεθη τὸ παλλάδιον, καὶ περὶ τῶν ἀκονσίων ἐν αἵτη δικάζουσιν. Hesych. ἀγνώτες . . . φασὶ τοὺς μετὰ τὸν τῆς Ἰλίου πλοῖον Φαληροῦ προσχόντας καὶ ἀναιρεθέντας ἐπὸ Αημοφῶντος ταφῆναι. Eust. ad Hom. Od. α p. 1419 (quocum consentit Suidas ἐπὶ παλλαδίῳ) ἐδίκαζον δὲ κατὰ Πανσανίαν ἐκεὶ ἀκονσίους φόνους οἱ ἐφέται. Ἀργεῖοι γάρ φησιν ἀπὸ Ἰλίου πλέοντες, ἥντα προσέσχον Φαληροῦ, ἐπὸ Ἀθηναῖων ἀγνοούμενοι ἀνηρέθησαν. ἕστερον δὲ Ἀκάμαντος γνωρίσαντος καὶ τοῦ ιστορομένου παλλαδίου εὑρεθέντος κατὰ χρησμόν, αὐτόθι τὸ δικαστήριον ἀπέδειξαν (ὡς Φανόδημος add. Suidas). Κλειτόθημος δέ φησιν, Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ παλλαδίῳ προσενεχθέντος ταῖς Ἀγίναις, Αημοφῶντα τὸ παλλάδιον ἀρπάσαι καὶ πολλοὶς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν. τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος δισχεραίνοντος, κρίσιν αἴτοις ἐποσχεῖν ἐπὶ πεντήκοντα Ἀθηναῖων καὶ τοσούτων Ἀργείων. Clitodemi narrationem refert Harpoeration ἐπὶ παλλαδίῳ.

84 quae in titulo attico apud Rangabeum (ant. hellén. 2253, 4, 21) commemoratur Ἀθηναία ἐπὶ παλλαδίῳ non ipsum palladium significat, sed aliam deac statuam eodem loco positam, quarum Athenis diverso nomine et habitu innumerae fuerunt.

oblata pulcherrimam vaccam Victoriae sacrificari traditum sit<sup>85</sup>, neque ipsam Minervam Victoriam vocatam eoque nomine cultam fuisse quemquam fugit<sup>86</sup>. iam cum anaglypho parisiensi, quod supra ad Minervam Poliadem rettulimus, aperte cognatum est aliud quoddam anaglyphum marmoreum, quod a Tophamo anno 1725 in Angliam reportatum nunc in museo britannico asservatur<sup>87</sup>. ibi trunko cuidam lorica atque galea tropaei instar superpositae sunt, cui a sinistra parte femina longo chitone pallioque vestita appropinquat, quae sinistra pateram angui porrigit trunko circumvoluto, dum dextra elata ex gutto vinum infundit; sacerdotem potius quam Victoriam esse putavemus. ab altera parte adstat vir barbatus armis instructus, ei, qui in anaglypho parisino conspicitur, tam similis, ut fere ex eadem forma prodūsse videatur, nisi quod dextra hastam tenet. sequitur equus, cuius anterior tantum pars appareat, pone eum iuvenis agasonis caput. supra et infra anaglyphum inscriptionis satis prolixae partes servatae sunt, quibus virorum e diversis Graeciae civitatibus oriundorum recensus continetur ordine geographicō compositus (C. I. Gr. 1936). monumenti huius in honorem militum, ut Boeckhius probabiliter coniecit mercennariorum, qui in bello occiderant, positi neque tempus neque locum ubi positum fuerit certo constituere licet, sed si alterum illud anaglyphum recte ad atticam religionem rettulimus, similitudo, quae inter utrumque obtinet, maximopere suadet, ut etiam hoc ad Atticam pertinere putemus. diu est ex quo cum hisce anaglyphis tertium quoddam ex marmore pentelico factum comparatur, cuius pars tantum in museo mantuano servatur<sup>88</sup>. ibi rursus eadem barbati atque armati viri figura conspicitur eo tantum discrimine, quod sinistra hastam tenet, dextra pateram angui porrigit aerae simul et columnae circumvoluto, quae partem sacelli effecit magna ex parte fracto marmore

85 cf. Boetticherus (philol. XVII p. 395 sqq. XXI p. 49 sqq.)

86 Soph. Phil. 134 Νίκη τ' Ἀθάρα Πολιάς, η μ' ἀεὶ σώζεται, ib. intpp.

87 anc. marbl. II, 41, Ellisius (Townley gal. II p. 157), inde tab. III, 1. Gerhardus (minervenidole tab. 2, 5). cf. Odofr. Muellerum (kl. schr. II p. 608), Welckerum (alt. denkm. II p. 137 sq.), Friedlaendernum (de opp. anaglyph. in mon. sepulcral. gr. p. 40), Stephanium (d. ausruh. Herakles p. 76 sqq.).

88 Labus mus. mant. III, 7. Od. Muellerus (Amalthe. III p. 48 tab. 5, kl. schr. II p. 607 sqq.) ex tenebris marmororum blundellianorum anaglyphum etiam a Gerhardo (minerv. tab. II, 6) repetitum protrahit, in quo Victoria alata similiter atque in londinensi femina illa angui vinum infundit. ante Minervae signum, quod basi satis altæ impositum est, in solo lorica conspicitur, quam anathematis loco positam esse recte suspicabimur. etiam hoc anaglyphum ad eundem ordinem pertinere, quo cetera modo tractata, patet, sed Minervae signum, si modo omnia recte se habent, aliter effectum est quam quod de Poliade explicari possit, nam galea quidem et aegide armata est, sed caret scuto et sinistra hastam erectam tenet, dextra nuda demissa est.

iam deperditi, post militem equus sub arbore patula tranquille adstat. quamquam de hoc anaglypho certi nihil statui potest, quoniam nec constat, utrum deae signum an tropaeum additum fuerit, neque vel coniectura assequi licet, num hic quoque vel Victoria vel femina sacrificanti adstiterit, hoc tamen affirmari potest, ad idem monumentorum genus utrumque pertinere anaglyphum. et anguem quidem ut Minervae Poliadis ὄφιν οἰκονόρον putemus nihil sane est quod cogat, cum genius loci, sive sacellum sive sepulcrum cogitas, intellegi possit. at vero in anaglypho londinensi tropaeum illud, si modo de attica origine recte coniecumus, optimo iure ad Minervam Victoriam referri patet. etenim si Euripides (Phoen. 1181) Ζηνὸς ὁρθῶσαι βρέτας τροπαῖον dixit<sup>89</sup>, quidni etiam Αθηνᾶς Νίκης βρέτας τροπαῖον statuemus? hoc ipsum videre nobis vide-mur in pictura cuiusdam vasculi Megaris nuper reperti, iam Athenis asservati, quae rubras figuras in nigra superficie, albo colore secundum recentioris artificii morem hic illic distinctas, exhibet<sup>90</sup>. rudum lapidum congeriei impositus est truncus<sup>91</sup> galea cristata, scuto rotundo, tunica variegata ita ornatus, ut simulacri speciem prae se ferat, adiecta etiam hasta, quam quasi manu tenere videtur simulacrum<sup>92</sup>. Victoria parva alata — nam non dubitandum mihi esse videtur, quin Victoria sit neque vero Amor — advolat et utramque manum versus simulacrum protendit. iuvenis chlamyde et pileo instructus bovem ferocientem et vittis ornatum ad lapidum acervum, scilicet sacrificaturus, adducit. ab altera parte iuvenis coronatus et ipse chlamyde indutus dextra arietem trahit, sinistra elata canistrum frugibus repletum affert. a tergo prioris iuvenis tertius quidam sedet capite coronato, dextra duas hastas tenens, qui tranquille, quid illi agant, observat. sacrificium hic propter victoriam aliquam reportatam ante Minervae signum in tropaei modum exultum praeparari, nemo erit qui neget<sup>93</sup>, sed cur Pervanoglus<sup>94</sup> ad obscuram Thebanorum Minervam Oncam

89 Welckerus syllog. epigr. p. 3 contulit Eurip. Phoen. 1487 Λιὸς τροπαῖον βρέτας στῆσαι. C. I. Gr. 173 στήσαιεν Ζηνὶ τροπαῖον ξδος. Eurip. Her. 937 βρέτας Λιὸς τροπαῖον καλλίνικον στῆσαι.

90 arch. zeit. XXIII tab. 199, 3. inde tab. III, 2.

91 simili lapidum acervo immisssas videmus in picturis vasculariis hermas, cf. e. g. R. Rochettus (mon. ined. tab. 28), neque desunt exempla ararum similiter ex lapidibus structarum, cf. Hermannus (gottesd. alterth. 17, 6), arch. ztg. III, tab. 35, 1. 2. mon. ined. d. inst. VI, 8.

92 cf. Boetticherus (baumcult. p. 71 sqq.).

93 Harp. Suid. ἐπίβοιον· Φιλόχορος ἐν β' φησὶν οὕτως· ἐὰν δέ τις τῇ Αθηνᾷ θύῃ βοῖν, ἀναγκάτον ἔστι καὶ τῇ Πανδώρᾳ (Πανδόσῳ codd. quidam) θύειν διν καὶ ἐκαλεῖτο τὸ θῦμα ἐπίβοιον. cf. Hom. Il. B, 547:

aberraverit, nullam equidem video causam. quis non statim in memoriam sibi revocet pulcherrima illa anaglypha templi Minervae Victoriae aream saepientia, in quibus Victoriae alatae in eo sunt ut tropaeum exornent, dum aliae taurum ferociensem ad sacrificium adducunt<sup>95</sup>. accedit quod in nummis quibusdam atticis praeter noctuam tropaea conspiciuntur, quod certum indicium est etiam Athenis talia erecta fuisse<sup>96</sup>. neque vero neglegendum est in nummis Pergamenorum<sup>97</sup> tropaeum addita inscriptione Ἀθηνᾶς νικηφόρου apparere, quod Cavedonius (ann. VII p. 237) scite ad lucum rettulit, Nicephorii nomine ab Eumene consecratum<sup>98</sup>, quem ad cultum Minervae victricis potissimum pertinuisse appareat. quodsi constat omnino deorum antiquissima simulacra similem in modum ornata fuisse, cuius rei exempla Bacchi potissimum signa praebent<sup>99</sup>, etiam Minervam Victoriae sub tropaei signo olim cultam fuisse omnem veri speciem habet, ad quam rem probandam Tertulliani verbis notissimis abuti nolo, cum dicit (apolog. 16, ad nat. I, 12) *et tamen quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica et Ceres Raria, quae sine effigie rudi palo et informi ligno prostant?* nam is quidem potuit etiam Minervae Poliadis signum oleagineum hoc modo significare, cui hoc ipsum, quod ex olea sculptum fuit auctoritatem addidisse scimus. quid quod etiam tropaeis in honorem Minervae erectis truncos oleagineos subdere solebant<sup>100</sup>. ceterum pictura illa vascularia ita sane comparata est, ut ad mythicum quoddam argumentum referenda esse videatur. commode de Theseo possis cogitare, qui taurum marathonium sua manu captum et in arcem deductum Minervae sacrificavit, ubi Marathonii

δῆμον Ἐρεχθίος μεγαλίτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη  
θρέψε Λιὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρονεα  
καθ δὲ Ἀθήνης εἰσιν ἐῷ ἐνὶ πίονι νηῶ,  
ἐνθαδέ μιν ταύρουι καὶ ἀρνειοῖς ἴλαονται  
κοῦροι Ἀθηναίων περιτελλομένων ἐνιαύτων.

Aristoph. av. 971 πρώτον Πανδώρα φῦσαι λευκότριχα κριόν. num ad hoc Pandorae sacrificium pertinet, quod Phidas in basi Minervae Virginis Πανδώρας γένεσιν effinxit?

94 arch. zeit. XXIII p. 68 sqq.

95 Michaelis (arch. zeit. XX p. 252 sqq.).

96 Beuleus (monn. d'Ath. p. 83, 148), inde tab. III, 3.

97 Choiseul Gouffier (voy. pittor. II. 5, 5), inde tab. III, 4.

98 Strabo XIII p. 624 κατεσκεύασε δὲ οὗτος τὴν πόλιν, καὶ τὸ Νικηφόριον ἄλσος κατεφύτευσε.

99 cf. Boetticherus (baumcult. tab. XLII—XLIV).

100 Cornut. n. d. 20. καὶ ἀνιστᾶσιν αὐτῇ τρόπαια ἐν ξύλων ἐλαῖνων.

Theseum cum tauro ex aere factum dedicarunt<sup>101</sup>, quod monumentum in nummo quodam attico repraesentatum esse recte intellectum est<sup>102</sup>.

Haec quae ad illustranda quaedam rudis antiquitatis simulacra satis operose composita sunt non vereor ne prorsus ab eius diei sollemnitate abhorrire videantur, cui rite celebrandae hac disputatione prolusi. probant enim eam olim Athenis religionem obtinuisse, ut deam, in qua mentem divinam venerari sibi videbantur, pacis et belli eandem praesidem putarent; neque ab alia in bellis victoriam sibi sperarent nisi ab ea quae domi legibus et institutis civitatem regeret. quae sive religio sive sapientia quantopere optandum sit ut hodie quoque servetur, omnes sciunt, praesertim eis temporibus, quibus quisquis patriae atque regi vere deditus est, a quacumque parte stat, Aeschyleam illam vociferationem non potest quin suam faciat

*αἰλινον αἰλινον εἰπέ, τὸ δ' εὐ νικάτω.*

101 Paus. I, 27, 9 ἀνέθεσαν δὲ καὶ ἄλλο Θησέως ἔργον, καὶ ὁ λόγος οὕτως ἐστὶ τοῦτο ἔχει. tum explicata de tauro Cretensi qui in Atticam pervenerit fabula pergit τὸν δὲ ἐν τῷ Μαραθῶν ταῦρον, ὃστερον Θησεὺς ἐστὶ τὸν ἀκρόπολιν ἐλάσσαι καὶ θῖσαι λέγεται τῇ θεῷ, καὶ τὸ ἀναθημά ἐστι τοῦ δίκου τοῦ Μαραθωνίων. quamquam alii taurum a Theseo Apollini mactatum esse tradiderunt. v. Naekii opp. II p. 263 sqq.


102 Combe (num. mus. brit. tab. 6, 17). Beuleus (monn. d'Ath. p. 399).

## INDEX TABVLARVM.


- tab. I.** 1. pictura vascularia musei berolinensis Endoei Minervam ante Erechtheum positam repraesentans, p. 5 sqq.  
2. 3. statua marmorea Athenis reperta, Endoei ut videtur Minerva a Callia dedicata, p. 3 sqq.  
4. statua marmorea in arce Athenarum reperta, p. 2 sq.
- tab. II.** 1. pictura vascularia musei berolinensis, sacrificium Minervae Poliadi oblatum repraesentans, p. 13 sqq.  
2. statua marmorea Minervae Poliadis dresdensis, p. 12 sq.  
3. anaglyphum marmoreum musei parisini, sacrificium Minervae Poliadi oblatum repraesentans, p. 15 sq.  
4. nummus atticus Minervae Poliadis caput exhibens, p. 13.  
5. nummus atticus Minervam gradientem repraesentans, p. 17.  
6. nummus Iliensium, sacrificium ante palladium factum exhibens, p. 18.
- tab. III.** 1. anaglyphum musei britannici, sacrificium ante Minervae tropaeum factum repraesentans, p. 23 sq.  
2. pictura vasculi Athenis servati, sacrificium ante Minervae tropaeum factum exhibens, p. 24 sqq.  
3. nummus atticus, noctuam inter dua tropaea monstrans, p. 25.  
4. nummus pergamenus, tropaeum Ἀθηνᾶς νικηφόρου exhibens, p. 25.  
5. nummus Lacedaemoniorum, Minervam chalcioecum repraesentans, p. 19.  
6. nummus pergamenus, palladium monstrans, p. 19.  
7. anaglyphum marmoreum, in Melo insula repertum, Minervae simulacrum exhibens, p. 20.  
8. nummus Meliorum, idem simulacrum exhibens, p. 19 sq.




I.




1



2




3



4

Lith. Anst. d. Akad. Er. Wiss., Univ. v. A. Henry in Bonn.





1




4



5



6




3



2

Lith. Anst. d. Fr. W. v. Univ. v. A. Henry in Bonn





2



5



3



8




1



4



6



7

Lith. Inst. d. rh. Fr. With Univ. v. A. Henry in Bonn.





